

53

UVA. BHSC. 1yR\_253

65-2

253



253

5

De la librería del Colegio de S. Ignacio de Valladolid.

POMPONII MELÆ.

CASTIGATIONES IN POMPONIVM MELÆ

lam geographum eminentissimū, In quo sexenta, prope  
vulnera a librarijs ei & indoctis correctoribus inflicta  
sanantur, Multis obiter locis apud alios auctores an-  
notatis, Errores etiam nō pauci Hermolai &  
aliorum q̄ in Pomponiū scripserūt, præterq̄  
Laurētij Vallēsis, & interpretū strabos-  
nis ac Ptolemæi, Sed & nōnulli lapsus  
in ipso Pomponio, Plinio, Stephano  
& Aristotele deprehēsi aperiun-  
tur. Cū exquisita locorum or-  
thographia ex uario diuerso-  
rū auctorum tam græcos  
rum quam latinorum  
usu diligentissimè  
me tradita, le-  
ge feliciter.

Rodrigo  
Palome  
Polo  
Castro

Impressum salmaticen. ex officina eximij uiri,

Ioannis iunta, Anno Domini,

M. D. X L I I I.

Rodrigo  
de la Compañía

2

M. D. X L I I I .

REVERENDISSIMO PATRI, AC ILLVS  
 tri præfuli, Domino Ioanni. *Quarioni*, Salmanticensis acade-  
 demie præfecto, Fredenandus pintianus Rhetoricæ,  
 & utriusq; linguæ in eadem academia professor,  
 perpetuam felicitatem,



EGISTI ILLVD  
 minuti auctoris præ-  
 sul amplissime, *Exis*  
*quum munus cum*  
*dat tibi pauper amis*  
*cus &c.* Opusculum  
 enim paucis his die-  
 bus, horis succissimis,  
 tumultuaria opera,  
 bene male contextu,  
 ad munificentiã tuã  
 affero. Cũ enim pro-  
 ximis uacualibus  
 exposuissem Pompos

nium Melam geographum studiosis quibusdam adulescentis-  
 bus, qui id a me cum a publicis scholis feriantur, enixe  
 petiere, non satis habens quod efflagitauerent præstitisse, obs-  
 ervationes quoq; in eum, & si alijs curis studijsq; occupatus  
 composui. Simul ut pleniore obsequio demereret amantes  
 mei, simul ut homo hispanus ( quod in castigando seneca alio  
 quot ante annis feceram ) hispano rursus auctori moribus  
 do ac prope conclamato, opis ipse etiam pro uirili parte alio  
 quid afferrem. Scripsit ante me in eum Hermolaus barbarus  
 patriarcha Aquileiensis eximia uir eruditionis, castigat

PROLOGVS.

tiones Alexandro sexto pontifici maximo dicatas. Annotas  
 uit pauca quædam Mariangelus, uir & ipse egregiæ littera  
 turæ. Nec defuerunt alij, conantes laudabili sane omnes pro  
 posito mederi auctori clarissimo, quem intelligebant nisi tēs  
 pestiue succurrerent, non multo post periturum. Tot enim  
 ulceribus scatebat, tot erat uomucis, cacoethibus carcinos  
 matis, ut cum catullo sic loquar externatus, uix ut multi chi  
 rurgi, & quidem artis peritissimi, ne dum unus aut alter  
 curando ei sufficere posse uiderentur. Plurima in eo uerba  
 desiderabantur, nec singula modo uerba, sed uersus interdū  
 aliquot. Quædam redundabant falso ei attributa, Alia præ  
 postero ordine, Alia mendosissime scripta legebantur. Multis  
 imperitorum grammaticorum, sacrificulorumq; glossema  
 tis, ineptis item impudentium castigatorum appendicibus  
 refertus erat, Quæ omnia qua potui diligentia, partim solus  
 post tot censuras, ut reor sanauit, partim in meliorem cōditio  
 nem redegi, ad accuratiorem magisq; exactam disquisitionē  
 reuocata. Ita tamen in omnibus iudicium interposui meū,  
 ut liberum unicuiq; relictum uelle suum. Huius igitur quicq;  
 quid est libelli nuncupatio, multis quidem de causis, sed duas  
 bus potissimum amplitudini tuæ debebatur præsul eximie.  
 Tum ut lecto in ipsis initijs tuo nomine fauorabilior esset  
 apud salmanticenses tuos, qui te ut cōmunem patrem amat,  
 ut iustum ac beneficium principem, summisq; fortunæ, hono  
 ris, ingenij, uirtutis, ornamentis præditum colunt & obser  
 uant. Tum etiam quod libellus ipse a te uiro græca ac latina  
 eruditione prædito, faciendā plane romana, acri sublimiq;  
 ingenio comprobatus, emittetur ductu auspicijsq; tuis, im  
 batus remeabit ad dominum, ut clausus (quod summus poe  
 ta ait) tenebris & carcere cæco det poenas temeritatis suæ.

Vale.

**A**NTE QUAM AD REM ACCEDEREM  
 presandum duxi, me in castigando Pomponio ea secus  
 tum exemplaria quæ excussa sunt parisijs. Anno. M. D. XXXIX  
 in officina. Christiani Vucheli. Tū quod recentissima erant  
 impressionis, tum quod speciem preserebant emendatæ le  
 ctionis, præter cætera quæ usque ad id tempus in manus  
 inciderant.

a iij

POMPONII MELÆ DE SITV  
ORBIS PROOEMIUM,

*melus dicitur quod  
quod hic non nra dicitur  
de orbe sicut  
de sphaera*

*nam in compo  
sitione triaxio  
quae venditudo  
numerus, et  
fata et amella  
minimi posuit  
persequi.*



ORBIS SITV  
dicere aggredior,  
impeditu opus, &  
facundia minime ca  
pa ( Constat enim  
fere ex gentium loz  
corumque nominis  
bus, & eorum pera  
plexo satis ordine,  
quem persequi lon  
ga est magis, qua bes  
nigna materia ) ues  
rum aspici tamen,  
cognoscique dignissi

num: & quod si non ope ingenij orantis, at ipsa sui contem  
platione precium opera attendentium absoluat. Dicam aus  
tem alias plura & exactius. Nunc autem, ut quaeque erunt  
clarissima, & strictim. Ac primo quidem, quae sit forma tot  
tius, quae maximae partes, quo singula modo sunt utq; habitetur,  
expediam. Deinde rursus oras omnium & littora, ut in  
tra extraq; sunt, atque ut ea subit ac circumluit pelagus, ad  
ditis quae in natura regionum, incolarumq;  
memoranda sunt. Id quo facilius sciri posse

*3*

*non admiscuit  
hanc pmissio*

*ferra*

*haec glo. uide tur  
quod non e ex breuita  
te. Melae. ponere duo  
ba idem ingenij cantia*

fit atq; accipi, paulo altius  
summa repetetur.





VEM PERSEQUI LONGA EST  
magis &c. Scribo quod persequi longa est  
magis &c. Nam & paulo post sequitur.  
quod si non ope ingenij orantis, & infra.  
¶ Nunc autem ut quæque erunt clarissis  
ma. Dele verbum autem ne intra pauca

uerba repetatur inutiliter, & infra. ¶ Additis his quæ in  
natura regionum incolarumque. Delenda quoq; videtur  
præpositio, ut uerba sint pauciora, sensus elegantior.

Mundi in quattuor partes diuisio.

Caput. I.

*¶ Unus ambitus se per orbem est et refertur ad ca. v. b. a  
p. omni q. sit forma h. q.*

Mne igitur hoc, quicquid id est, cui mundus sit munda  
di cælique nomen indidimus, unum est



¶ Uno ambitu se cunctaque amplectis  
tur, partibus differt. Vnde sol oritur, ories  
nuncupatur, aut ortus. Qua demergitur,  
occidens uel occasus. Qua decurrit, meris

*De natura le  
næ et de crux  
ore vi. l. l. i. c. f.  
z. c. 63.*

*Dixit la  
tera q. d.  
atur de  
is q. s. m.  
d. u. d. i.  
ria por.  
tesant.  
q. o. p. e.  
i. d. u.  
d. u. n. u.  
ab amb.  
est opo.  
fi. e. Mo.  
tera m.  
quis q.  
foram.  
operat.  
et de h.  
le go.  
nu. d.  
c. 65.*

Ab aduersa parte, septentrio. Huius medio terra subli  
mis, cingitur undique mari, eademque in duo latera, quæ be  
misphaeria nominantur, ab oriente diuisa ad occasum, Zonis  
quinque diffinguitur: mediam ætus infest at, frigus ultis  
mas: reliquæ habitabiles paria agunt anni tempora, uen  
non pariter. Antichthones alteram, nos alteram incolimus.  
illius situ ob ardorem intercedētis plagæ incognito, huius  
dicēdus est. Hæc ergo ab ortu porrecta in occasum: et quia  
sic iacet, aliquanto quam ubilissima est, longior, ambitur  
omnis oceano, quatuorq; ex eo maria recipit, unum a seps  
tetrionē; a meridie duo, quartum ab occasu. Suis locis illa res

*¶ De natura  
a. m. d. u. a. p. a. r.  
tes, et dixit la  
tera q. d. dicitur  
de umbilicibus  
Dicitur q. h. e.  
mis qd. est se  
mis d. s. ph. e. r. a.  
q. lebus quasi  
de m. g. l. o. u. s.*

*ill. um. rub. m.  
diuisa ad ju. n.  
ge. su. per. i. o. r. b.  
et lege eadem  
moda l. a. t. e. r. a.  
diuisa ex abo  
u. e. n. i. a. a. o. c. c. a.  
s. u. m. p. o. n. s. e. x.*

*¶ Sed licet m. o. n.  
rubrum et  
caspium et  
persicum*

¶ Incerta candidat et dicit  
aliquanto a respectu habitata  
fiomi.

*Aristot. li. 2. m. t. a. p. o. l. o.  
coy ait qd hæc tria ma  
ria a nori exeunt ex oce  
ano sed ad illico illis ex  
fi. h. i. t. e. t. h. m. c. r. o. u. t. i. o. n. e. m. o. d.  
qd nō est possibile tot aque poru  
p. r. e. u. g. i. r. e.*

¶ V. A. B. H. E. C. P. I. R. 293

mediteraneum

ut q

Uena ante  
co q do me  
+ cathorci sum  
pfa a pecori  
bus

ferentur. Hoc primum angustum, nec amplius decem milibus passuum patens, terras aperit, atque intrat: tum longe lateq; diffusum, abigit uaste cedentia littora: iisdemq; ex diuerso prope coeuntibus, adeo in arctum agitur, ut minus mille passibus pateat, Inde se rursus, sed modice admodum laxat: rursusque etiam quam fuit arctius exit in spatium.

Quo cum est acceptum, ingens iterum & magnum, & paludi ceterum exiguo ore coniungitur. Id omne qua uenit, quaque dispergitur, uno uocabulo nostrum mare dicitur.

Angustias introitumque uenientis, nos fretum, Graeci poroethmon appellant. Qua diffunditur, alia alijs locis cognomina acceptat: ubi primum se coarctat, Hellepontus uocatur: Propontis, ubi expandit: ubi iterum pressit, Tbracius

Bosphorus: ubi iterum effundit, Pontus Euxinis: qua palus di committitur, Cimmericus Bosphorus: palus ipsa Maotis.

Hoc mari & duobus in clytis annibus, Tanai & Nilo, in tres partes uniuersum diuiditur, Tanais a septentrione ad meridiem uergens, in mediam fere Maotida defluit: & ex diuerso, Nilus in pelagus, Quod terrarum iacet a freto ad ea

flumina, ab altero latere Africam uocamus: ab altero, Europen: ad Nilum, Africam: ad Tanaim, Europen. Ultra quicquid est, Asia est.

fretum dicitur  
si feruendo au  
tore varron  
uulgo hanc se  
uulgo hanc se  
correnti in de  
denima fretum  
a iugotibus in  
Lege acipite  
no lau sula  
sequenti porte  
at ubi

secum eum  
re uocat pri  
mum, non  
secum mentis  
nem pro for  
rob de nu  
hoc consuetu  
dine

ab latere des  
tro, africa  
a sinistra eu  
ropem.

in tres parte, varro in duas asia et europam  
ueteres apud herodo  
tum in quatuor, a sciam, a fricam et europam, et se iupham  
re centebres in tres fundum nam paphum asia parte in fa  
cuent

## LEX MVNDI DIVISIONE.

¶ QVIA sic iacet. Hec uerba Pomponij non puto, nec si putare ita legendum censere, sed qua siciacet, hoc est qua poroethmon rigitur ab ortu in occassum, & infra. ¶ Atq; intrat. Scribe utq; intrat, cu maiore littera & cum distinctione, ut sit inisissim alterius sensus. Vt que intrat tum longe late que, coiuna

sup.  
a fura  
gallia  
2  
hōs  
for ob a  
tur me  
a hūo  
uit,  
ho cig  
mune  
el for  
ostan  
hno  
li f  
sagat  
s. in hūz  
angusta m  
maris

flum. Sic paulo post, Quo quā est acceptum, ingēs iterum & magno se extendit ambitu, & in summa africa descriptione, Utq; inde procedit, ita media præcipue, & in italia, atq; ut procedit, mediam se perpetuo apennini iugo attollens reliqua & infra. ¶ Ingens iterum & magnum & paludi, Aldi exemplaria ingens iterum & magno se extendit ambitu, & paludi & c. Sed hæc lectio quod ab antiqua procul abeat non placet. Propius uero est, ut legatur, ingēs iterum, & magna paludi cæterum exiguo ore coniungitur reliqua falso addita uidentur.

Summa Aſie descriptio. Caput. II.



Ribus hanc e partibus tangit Oceanus, ita nominibus ut locis differens. Eous ab oriente, a meridie Indicus, a septentrios ne Scythicus, Ipsa ingenti ac perpetua fronte ad orientem uersa, tantum ibi se in latitudinem, quantum Europa, &

Africa, & pelagus, quod inter ambas inimissum est, effundit. Inde cū aliquatenus solida processit, ex illo Oceano quē indicum diximus, Arabicum mare & Persicum, ex Scythico Caspium recipit: & ideo qua recipit angustior: rursus expanditur, & fit tam lata quam fuerat. Deinde cum iam in suum finem, aliarumque terrarum confinia deuenit, media noctris equoribus excipitur, reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanain. Ora eius cum alueo Nili amnis ripis descendit in pelagus, & diu, sic ut illud incedit, ita sua littora porrigit: deinde fit uenienti obuiam, & primū se ingenti ambitu incuruat, post se ingenti fronte ad Helles

orientalis  
 q̄ illa loca in  
 dia habitant  
 uo catuſſa  
 cus q̄ sey  
 ca illa tenent  
 non m̄ lex  
 sed m̄ te  
 encuerſa  
 fuit  
 in litore ma  
 ris rubri vsq̄  
 ægyptum  
 hoc est ad cam  
 bore spel n̄  
 cabo debue  
 æſperancæ  
 su meridie  
 et tanain  
 vna septentr  
 onem 5106

q̄nā  
 cup  
 aser  
 104  
 107  
 108  
 109  
 110  
 111  
 112  
 113  
 114  
 115  
 116  
 117  
 118  
 119  
 120

4 rei sit uenienti obuiam) ad flexum syriacum) (2  
 ubi q̄nā ambitu a pelusio oppido ostio et oppo  
 do nāue danica usq; ad cariam regione asia  
 minor)

sponticum fretum extendit: ab eo iterum obliquat ad Bos  
 sphorum, iterumq; ad Ponticum latus curua, aditum Mæo-  
 tidos transuerso margine attingit. Inde eam gremio ad Tan-  
 nain usque complexa, fit ripa, qua Tanais est. In ea primos

nunc lagra  
 tartario

hominum accepimus ab oriente, Indos, Seres, & Scythas.  
 Seres media ferme Eoae partis incolunt. Indi & Scythae, ul-  
 ma: ambo late patentes, neque in hoc tantum pelagus effu-

+ si. Spectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici ma-  
 ris (nisi ubi est us inhabitabilem efficiunt) diu continuis gē-  
 tibus occupant. spectant & septentrionem Scythae, ac litus

ibi ad africa  
 intellige meri  
 diem & sus na  
 septemtrionez  
 sus, hys phia  
 est

Scythicum (nisi unde frigoribus arcentur) usq; ad Caspium  
 sinum possident. Indis proxima est Ariane, deinde Aria, &  
 Gedrosis & Persis ad sinum persicum: hunc populi Persarū

ambūit, illum alterum Arabes. Ab his, quod in Africam res-  
 stat, Aethiopum est. Illic Caspiani Scythis proximi, sinum  
 Caspium cingunt. Ultra, Amazones, ultraque eas Hyperbo-

rei esse memorantur. Interiora terrarū multae uariaeque  
 gentes habitant. Candari, & Paricani, Bactri, & Susiani,  
 Pharmacotrophi, Bomarei, Coamani, Rophanes, Dahae, Su-

per Scythas Scytharumque desertae ac super Caspium sinū,  
 Comari, Massagetae, Cadusi, Hyrcani, Hiberi. Super Ama-  
 zonas & Hyperboreos, Cimmeriū, Scythae, Heniochi, Geor-

gi, Moschi, Corsite, Phoriste, Riphaces: atque ubi in nostra  
 maria tractus excedit, Mardi, Antibarani: & notiora iam  
 nomina, Medi, Armeni, Comageni, Murrani, Vrgeti, Caps-

padoces, Gallogreci, Lycaones, Phryges, Piside, Isauri, Lydi,  
 Syroclices. Rursus ex ijs que meridiem spectant, eadem gē-  
 tes interiora littora tenet, usque ad sinum Persicum. Super

hunc sunt Parthi, & Assyrū: super illum alterum, Babylonij  
 Et super Aethiopas Aegyptij. Ripis Nili amnis & mari pro

+  
 Rege sogdiana  
 or sustam  
 utant sup  
 ricus sinu  
 per scribe  
 cu in lura  
 minus ca

es pars sinu

xima, iſdem Aegyptij poſſident: deinde Arabia anguſta fronte ſequentia littora attingit. Ab ea uſque ad flexum illum, quem ſupra retulimus, Syria: & in ipſo flexu, Cilicia: extra autem, Lycia, & Pamphilia, Caria, Ionia, Aeolis, Troas uſque ad Hellespontum. Ab eo Bithyni ſunt ad Thracium Boſphorum. Circa Pontum aliquot populi, alio alioque ſine, omnes uno nomine Pontici dicuntur. Ad lacum, Maeoticum ad Tanain, Sauromatae.

### CEX ſumma Aſiae deſcriptione.

**C**ORA eius cum alueo nili amnis ripis deſcendit in pelagus ſcribendum reor ripa non ripis, ut ſit ſenſus, aſiam ipſam deſcendere una cum alueo nili amnis, ripam factam, ut paulo poſt, ſit ripa qua Tanais eſt. & infra. **¶** Spectant .n. etiã meridiem indi. Lego, Spectant enim & meridiem indi. ut infra. Spectant & ſeptentrionem ſcythae. & infra. **¶** Deinde Aria & Gedroſis, Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, Plinius, Gedroſia enunciant non Gedroſis, unde gentile nomen Gedroſy Stephano. Vt corrigendus ſit plinij codex in quo Gedroſi ſere ſemper pro Gedroſy ſcriptum eſt. Reprehenditurq; Dionyſius bizantius a Stephano, quod gedroſos appellet non gedroſios. Strabo aliquando gedroſenos uocat, ſed dubito an ſit uitio exemplaris. Arrhianus hiftoricus gedroſios ſemper. Dicuntur etiam per. c. & duplex. **¶** Cedroſſi Stephano, & infra. **¶** Illic caſpiani Scythiſ proximi. Et ſi non me fugit a Caſpia deduci poſſe Caſpiani, ut a Cardia Cardiani auctore Stephano, malo tamen hic legere Caſpij quam Caſpiani. ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano, Plinio. Item ipſo pomponio infra in tertio. Ditus inquit ſunt ad Caſpium ſinum caſpij.

Caspj dupli  
ces notandū.

Ne fuerit alienum, admonere duplices esse caspios Strabonem in selectis. quosdam magis occidentales cadusios prope mare ab ipsis cognominatum caspium & cambysen fluvium,

Caspiae portae

alios uero parthis uicinos quorum sint caspiae portae. et infra. ¶ Candari & paricani. Scribo Gandarae. Paricani ex

Gandari.

Stephano & plinio. Gandaros plinius nominat. Stephanus

Gandri.

Gandros. Hecataeus eodem auctore Gandaras. Sunt & Gan

Gandarae.

darae Ptolemaeo indiae populi. & infra. ¶ Coamani. Rop

Ochani.

phanes. Legendum forte non Rophanes sed Ochani. Ex Plinio sexto, capite. xvi. ubi Ochanos refert cum pharmacotrophis, Bomareis. Coamanis. & alijs quorum hic mentio. & infra.

¶ Super Scythas Scytharumque deserta, ac super Caspium sinum. Scribendum cum minore littera, super Scythas Scytharumque deserta, & coniunctim cum superioribus. Quae autem statim sequuntur, abiuncta praecedentibus & cum maiore littera ut incobent nouum sensum sic legito. At super

Relatio singu  
lorum ad sinu  
gula notada.

Caspium sinum & reliqua. ut singula referas ad singula. Ad sinu Scythas Scytharumque deserta. Gandaras, Paricanos & reliqua. quos quos subtextit. Ad Caspium sinum Comaros, Massages, Cadusios & alios. Ad Amazonas autem & hyperboreos, Scythas, Cimmerios, Heniochos &c. Libuit etiam addere usum duarum in pomponio uocum. Super. & ultra.

Significatio  
duarum uocu  
super & ul  
tra in Pompo  
nio.

quem uideo ignorari a plerisque etiam eorum qui se pro doctis gerunt. Nam cum ab exterioribus gentibus locis uel oceanis finitimis, procedit ad interiora, super exteriores gentes positas esse ait interiores. Cum uero e contrario ab interioribus ad exteriora, ultra interiores ait esse exteriores.

Non tamen hoc ita perpetuum est ut non aliquando secus cadat. Nihil enim sine exceptioe, sed fere hoc obseruat pomponius. Exemplum & hic habes & in his quae sequuntur passim occurrunt. & infra. ¶ Corsitae, Phoristae, Riphaces. Expensis syl

abatim dictionibus puto legendū. Cer ceta, Coraxi, Phthiro  
 phagi. ex geographis omnibus gregatim, & ipso præcipue  
 Pōponio in fine huius p̄mi uoluminis. & paulo ante. ¶ Cim  
 merij, Scythæ, Heniochi, Georgi legēdū est ordine inuerso, Scy  
 thæ, Cimmerij, Heniochi, Georgi. ex plinio libro sexto. ca. xiiij  
 Ultra eos inquit plane iam Scythæ, Cimmerij, Cisiathi, Geors  
 gi. &c. & Strabo cimmerios a Scythis sedibus suis pulsos tra  
 dit & Scythas a græcis. & infra. ¶ Mardi, Antibarani, Al  
 dus, Mario antibarani. Scribo Macrones. Tibarani. Ex Strabo  
 ne, Stephano, Plinio, herodoto, Xenophōte, Dionysio periegete  
 Marciano, Marcellino, Apollonio Rhodio, Valerio flacco & Tibarani.  
 omnibus fere græcis ac latinis nō geographis modo, sed histori  
 cis etiā ac poetis qui de boreali asia plagā prodiderūt. Sēper. n.  
 Macronas, Tibaranos & Mosyncæcos, ut finitimos inter se con  
 iungunt. Nec mē fugiunt quæ de mardis Plinius & alij tradūt.  
 Macronas Apollonius p̄mo Argonauticō Macrias ap pellat,  
 sic dictos ut eius enarratores exponūt, qd̄ sint coloni euboëen  
 sū. Euboea. n. Macris alio nomine dicta est, quod sit longa &  
 toti præteta. Boetia, ut secūdo uolumine refert. Pōponius. Hi  
 postea sannī dicti si qd̄ Strabo & Stephanus ueri crepant. Nā  
 Xenophon in fine quarti & initio quinti de Cyri ascensu. Ma  
 cronas alios a sannis facit: quos drilas ipse nominat referente  
 arrhiano in periplo p̄ōn̄ euxini. Sed & ipse Arrhianus Sanos  
 distinguit a Macronibus, quos tamē ipse nō Macronas, sed ma  
 chelonas appellat. Plinius quoq; Xenophōti & Arrhiano sub  
 scribit libro sexto. At Tibarani etiā Tibarēni & quidē frequē  
 tius dicuntur. Orpheus in argonauticis stybarenos uocat. &  
 infra. ¶ CARMENII Comageni scribendum cum duobus  
 mm. Commageni ex. Strabone & ptolemæo & infra,  
 ¶ MYRRANI Vegeti. Loco illius Myrrani posset non absur  
Macrienses  
 Macris  
 Euboea  
 Sanni.  
 Drilæ.  
 Machelones  
 Tibarani  
 Tibarēni.  
 Stybarēni.  
 Morimēni.

Margiani

Eneti

de substitui Morimene. Est enim Morimena praefectura Cappadociae Straboni. xij. quā una cum lycania memorat, de qua mox paulo mela, Sed magis est ut margiani legatur. Nā eodē auctore margiana totī assyriae praetenditur. Posset autem pro Vegeti. Eneti legi, q̄ sunt paphlagoniae populi ab Homero & omnibus fere geographis nobilitati, a quibus ueneti. Adriatis a sinu fluxisse creduntur. Sed super omnia sedet duas has uoces barbaras plane esse & ex illarum numero, quae non paucae huic operi irrepserunt, tēmeritate quorundā qui nihil pensi habentes ineptias suas pro glossematīs bonis auctoribus affigunt. Item q̄, librariorum ignorantia qui eas statim auctoris lectioni inserunt. Cuius nota sunt, in Gallia elusaberris, in Thracia. Tritonice, in scythia, Terrestria. Sexolitae. in lesbo araua. in oceano septentrionali satmali. & alia his comparia monstra, quae proprijs locis aestimabuntur. & infra. ¶ **TRVRSVS** ex his quae meridiē spectant eadem gentes interiora littora tenent.

Quoniam haec uerba negotium multis exhibent, libuit nō nisi **Exposita uerba** hiles lucis afferenti admonere lectorem, pronome illud, eadē, **ba** negotium antedictos populos referre. indos, Arianos, Arios, Cedrosios, multis exhibē Persas. ordinem uero in recensendis Asiae gentibus hunc obseruasse melam. Differuit de ora Asiae orientali & eius habitatoribus. Deinde de meridiana, & septentrionali. Reliquum uidebatur monstrare a quibus interiora incolerentur. Ināpiēs igitur a septentrione dixit habitari a multis uarijsq; gentibus gandarīs. Paricanis & c. Postea uersus ad meridiē exponens q̄ a quibus mediterranea tenerentur, ait easdem gētes incolere interiora quas non multo ante dixerat tenere orā, hoc est indos. Arianos, Arios, Persas, Arabas usq; ad sinū persicum: quem ueluti umbilicum facit in hoc gentiū Asiae tractatu. Exi sumo itaq; uerbum illud littora adulterinum esse aut si manīs



legatur interiora littorum sicuti paulo ante interiora terras  
 rim dixerat. Locus sit estimationi & infra. **C**SVPER  
 hunc sunt parti & assyrii, super illum alterum babylonij, &  
 super aethiopas aegypti ripis nili & c. Super sinum arabicum Super sinu ar  
 esse babylonios falsum pro palam est, uel unica. Strabonis au bicum esse Ba  
 floritate ut caeteri in re coperta omittantur. Is in tertio geo bylonios fals  
 graphumenon. Deinceps inquit sunt mare uersus quidem sum esse.  
 perse, & sus, & babiloni, descendentes ad mare persicum.  
 Quapropter ne cogamur pomponium in ius uocare, restitue  
 da sunt in pristinum situm uerba, tum luxato & praepostes  
 ro ordine scripta, tum etiam corrupta. Lego igitur sic. Super hunc **Luxatus &**  
 sunt parthi. Assyrii & babylonij, super illum alterum & sus **praeposterus**  
 per aethiopas aegypti & c. ex omnibus geographis & his **ordo uerboru.**  
 storicis: & ex ipso Pomponio qui de sinu persico loquens lis  
 bro tertio. In parte inquit quae pelagi ostio aduersa est baby  
 loniorum fines chaldaeorumque sunt, & duo clari amnes Tis  
 gris & Euphrates. Appellat autem aethiopas aegypti qui  
 ab alijs dicuntur sub aegypto.

## Summa Europae descriptio. Caput. III.



**E**uropa terminos habet, ab oriente Tanaim  
 & Maeotida, & Pontum, a meridie, reli  
 qua nostri maris: ab occidente Atlanticu  
 a septentrione, Britannicu oceanum. Ora  
 eius, forma littorum, a Tanai ad Helle  
 pontum, qua ripa est dicti amnis, qua fle  
 xum paludis ad Bosphorum redigit, qua Ponto, Propontidi,  
 & Helleponto latere adiacet, contrarijs littoribus Asiae no  
 opposita modo, uerum etiam similis est, inde ad fretum nunc  
*est huius*

*adde pomponio  
 et Helleponto  
 et sic corriges  
 uobis sequenti*  
*haec uerba  
 eius sunt gla  
 Europa,  
 Propontis est  
 delur uerbu  
 sum quardaz  
 pontici*

*S. Horcileum*

uasle retracta, nunc prominēs, tres maximos sinus efficit, tot  
 idemque in altum se magnis frontibus euehit. Extra fretū  
 ad occidentem inaequalis admodū, praecipue media, qua pro  
 currit ad septentrionem, nisi ubi semel iterumque grandi re  
 cessu abauccitur, pene ut directo limite extenta est. Mare qu  
 primo sinu accipit, Aegæum dicitur: quod sequenti in ore Io  
 nium: Adriaticū interius: quod ultimo, nos Thuscum, quod  
 Graij Thyrrenum perhibent. Gætium prima est Scythia alia,  
 quam dicta est, a Tanai media ferme Ponticilateris. Hinc in  
 Aegæi partem continens, Thraciæ ac Macedonia adiungitur,  
 Tum Græcia prominet, Aegæumque ab Ionio mari dirimit,  
 Adriaticilatus Illyris occupat. Inter ipsum Adriaticum  
 Thuscū Italia procurrit. In Thusco intimo Gallia est: ultra,  
 Hispania est. Hæc in occidentem. Denique etiam ad septens  
 trionem diuersis frontibus uergit: deinde rursus Gallia est lon  
 ge, & a nostris littoribus huc usque promissa. Ab ea Germa  
 ni ad Sarmatas porriguntur, illi ad Asiam. Hæc de europa.

¶ **C**EX summa Europæ descriptione.

¶ **Q**UA flexum paludis ad bosphorum redigit. Aldus qua  
 flexum paludis ad ponticum redigit. Lego ad ponti os redi  
 git. Appellat enim ponti os bosphorum cimmericum. Sic sus  
 pra & paludi cæterum exiguo ore coniungitur. & infra.

¶ **Q**UA ponto. propontidi & hellepōto latere adiacet. Lego  
 obiacet non adiacet ex familiari loquendi modo Pomponij,  
 ut ex sequentibus constabit. Latere autem, quia latera sunt  
 illa europæ quibus asiæ obtenditur. De frontibus paulo post.  
 & infra. ¶ **N**os thuscum quod graij tyrrhenum perhibent.  
 Demendum est uerbum quod, & infra. ¶ **H**inc in aegæi pas

tem continens. thracia ac macedonia adiungitur. Castigo.  
Huic in aegium mare continens Thracia. Huic Macedonia  
adiungitur. Nam Scythia coniungi thraciam. Thracia autē  
Macedoniam, adeo notum ut nullo egeat testimonio. & in  
fra C Deniq; etiam ad septentrionem scribendum. Eademq;  
etiam ad septentrionem.

Summa Africa descriptio.

Caput. III.

Q. q. similitudo africa m. arababathmo auctore sivo  
ne. li. vii. geog. et melo. cap. 3. et. 9.



Frica ab orientis parte Nilo terminata,  
pelago a ceteris, breuior est quidem qua  
Europa: quia nec usquam Asia, & non to  
tus huius littoribus obtenditur. Longior  
tamen ipsa, quam latior, & qua ad flus  
uium attingit, latissima: ut que inde pro

cedit, ita media praecipue in iuga exurgens, pergit incurua  
ad occasum, fastigiatque se molliter, & ideo ex spatio paula  
tim adductior. Vbi finitur, ibi maxime angusta est. Quantum  
incolitur, eximie fertilis. Verum quod pleraque eius inculta,  
& aut harenis sterilibus obducta, aut ob sitim caeli terras  
rumque deserta sunt, aut infestantur multo ac malefico ge  
nere animalium, uasta est magis quam frequens. Mare quo  
cingitur, a septentrione, Libycum: a meridie, Aethiopicum:  
ab occidente, Atlanticum, dicimus. Ab ea parte, qua Libyo  
adiacet, proxima est Nilo prouincia, quam Cyrenas uocant.  
Deinde, cui totius regionis uocabulo cognomen inditum est,  
Africa: cetera Numidae & Mauri tenent: sed Mauri in Atla  
ticum pelagus expositi. Ultra Nigritae sunt, & Pbarusij, us  
que ad Aethiopas: hi & reliqua huius, & totum latus, quod  
meridiem spectat, usque in Asiae confinia, possident. At super

hoc est terra  
illa q. n. l. q. ut  
gat, terminat

leg. legit fatis

lege solis ex  
codice al. no  
europa.

leo ad calaba  
b. mon legit.

lege medio. 4

ibi fashgat ge  
moliter id est  
engit, et q.  
fui meli no  
mam peede n  
him sp. p. p.

ibi m. media  
abue m. ma  
a num. d. o. q.  
ita est m. du  
dia africa, m.  
num. d. o. q.

re monte t. q.  
quam a cala  
bathmo usque  
redum, semper  
exurgit ab sca  
pra. d. o. q. t. m.  
m. m. d. o. q.

ibi africa minor, nunc dicitur arababathmo  
ibi mauri nunc maritima, ubi agunt  
al. arabes

Pomponij melæ

id est, alibi ab his  
pes a biferentibus  
quorum habitantibus  
meridiam  
Semicapra  
i. a fracto gado  
no  
i. mari  
id est, in dem  
fre dnam  
 ea quæ Libyco mari abluuntur, Libyes Aegyptij sunt, & Leu-  
 coathiope: & natio frequens multiplexque Gaetuli: deinde  
 late uacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis: tum primos  
 ab oriente Garamantas, post Augilas & Troglodytas, & ul-  
 timos ad occasum Atlantas audimus. Intra (si credere libet)  
 nix iam homines, magisque semiferi Aegipanes, & Blem-  
 myæ, & Gamphasantes, & Satyri, sine tectis passim ac sedi-  
 bus uagi, habent potius terras, quam habitant. Hæc summa  
 nostri orbis, hæc maximæ partes, hæc formæ, gentesque pars  
 tium. Nunc ex ætius oras situsq; dicturo, inde est commodis-  
 simum incipere, unde terras nostrum pelagus ingreditur: ac  
 ab his potissimum, quæ influenti dextra sunt. Deinde stringes-  
 re littora ordine quo iacent, per agratisque omnibus quæ  
 mare attingunt, legere etiam illa quæ cingit oceanus, dos  
 nec cursus incepti operis intra extraque circumuectus orbe,  
 illuc unde cœperit redeat.

¶ Ex summa Africa descriptione.

¶ ET QVA ad fluiuium attingit. Videtur præpo sitio su-  
 perfluere, ut non longe post, per agratisq; annibus quæ mas-  
 re attingunt. & alibi. Dicitur esse oceanum  
 qui terras ab occidente contingeret. & infra. ¶ Fastigiâtq;  
 se molliter. Legendum fastigat. Neq; enim fastigiat uerbum  
 latinum est. & infra. ¶ Post augilas & troglodytas. Ptole-  
 mæus Augilas modo per. i. modo per. y. enunciat. Plinius &  
 herodotus cum. i. semper. Stephanus augilitas nominat. Tro-  
 glodytas Strabo sine. l. semper. Trogodytas. & infra.

Fastigio as.  
 uerbum lati-  
 num nō est.  
 Augyle  
 Augyle  
 Angilitæ

¶ Aegipanes & blemmyæ. Stephanus unico. m. & quins-  
 ta apud græcos inflexione Blemyes, cui subscribunt Dionys

fus byzantius & theocritus primam corripientes. Strabo Troglodyta  
 duplici Blemmyes a quo stat Suidas. Blemmye Marcianus uno Trogodytæ  
 tantum & prima inflexione. & infra: ¶ Intra si credere li Blemmyes  
 bet. Expende an sit commodior lectio. Ultra si credere libet, Blemmyes  
 hoc est oceanum uersus æthiopicum. Blemmyæ.

## Particularis Africae descriptio

## Mauritania. Caput. V.

nunc faxda  
 lusitanae opidus

atlas mons maior a  
 fricam diuidit nunc  
 dia fax maior est, atlas  
 minor, lank.



ictum est Atlanticum esse oceanum qua  
 terras ab occidente contingeret. Hinc in  
 nostrum mare pergetibus, læna Hispania  
 Mauritania dextra est. Prima partes illa  
 Europa, hæc Africa. Eius, ora finis, Mulus  
 cha. Caput atq; exordium est promontori

riū, quod Graeci Ampelusan, Afri aliter, sed idē significante  
 uocabulo, appellant. In eo est specus Herculi sacer, & ultra  
 specū Tingi oppidum peruetus, ab Antaeo (ut ferunt) conditū  
 tum. Extat rei signum, parma elephantino tergore execto, in  
 gens, & ob magnitudinem nulli nunc usuro habilis, quā lo  
 corum accolæ ab illo gestatam pro uero habent, traduntq;  
 & inde eximie colunt. Deinde est mons praealtus, ei quē ex

aduerso Hispania attollit obiectus, hūc Abylam, illū Calpen  
 uocant, colinas Herculis utrunque. Addit fama nominis fax  
 bulā, Herculem ipsum iunctos, olim ppetuo iugo diremissē  
 colles, atque ita exclusum ante a mole montium oceanum,  
 ad quæ nunc inundat, admissum. Hinc iam mare latius  
 funditur, summotasque uastius terras magno impetu in  
 flectit. Caeterum regio ignobilis, & uix quicquam illu  
 stre sortita, paruis oppidis habitatur, parua flumina emittit,  
 solo quam uiris melior, & segnitie gentis obscura.

ibi abisam, nunc a cluta, oppidum est, in lusitanorum.  
 hinc sumit in finem mons ille, qui nunc dicitur la sierra  
 da malca, sierra hispanice somnati montem, plenus est  
 hic simis

amare atlas  
 illa hispania  
 hæc mauri  
 stama  
 uinellorum  
 copia dictum  
 est nunc lapa  
 dia calcasan  
 die constructio  
 nomem ltera  
 re tergēleph  
 ino ex ecta lro

nunc gibrat  
 locum fuit da  
 sum fabula  
 a calpe, et aby  
 la

Ex ijs tamen quae commemorare non piget, montes sunt alti, qui continenter, & quasi de industria in ordinem expositi, ob numerum, septem: ob similitudinem fratres uocantur. Tamuada fluius, & Ruficada, & Siga paruae urbes: & portus, cui Magno est cognomen ob spatium. Mulucha ille, quem diximus, amnis est ingentium olim regnorum terminus, Bocchi, Iugurthaq;.

TEX particulari Africae descriptione.

Tingis. V.  
Tiga  
Tingios

PRIMAE partes. Illae Europae, Haec Africae. Rectius ut sentio illa Europae, Haec Africae. & infra. ¶ Tingi oppidum. Ptolemaeo Tingis est quam Caesarem nominat. Strabo boni Tiga. Stephano Tingios. Plinio Tingi. & infra. ¶ Parma elephantino tergo execto. Legendum puto. parma elephantini tergoris excedra. Est excedra siue excetra duricies ferro inuicta, telis impenetrabilis, quasi sine caede, quod caedi nequeat, unde & per ae. diphthongon magis ex etymologia scriberetur. Nisi mauis deducam a Cedo q̄ non cedat, et si hoc genus etymologiae parum Quintiliano placeat. Hydra itaq; illa lernaea, multiceps malum, excedra uocata est a Plauto in persa, & a Cicerone secunda thursculana. Plinius libro undecimo capite. xxxvii. Elephantorum inquit tergora impenetrabiles setas habent. Plinij uetus Codex qui in publica Salmaticensis academiae bibliotheca asseruatur, nō setas habet sed scasesdras. ut legendum uideatur excedras. Hoc enim melius, quam q̄ Hermolaus emendat quasi setas insipida nimis castigatione. Hinc & cetra genus scuti ex cetero praeduro facti q̄ non cedat. & infra. ¶ Hunc Abylam, illum Calpen uocant. Sic quidem Strabo et Plinius Abylam.

Abyla. M.

at Ptolemaeus & Dionysius byzantius permutatis litteris  
 efferunt Alybam. & infra. ¶ Addit fama nominis fabulā.  
 Scribe nomini non nominis. & infra. ¶ Tamuada fluvius.  
 Ptolemaeus Thaluda. Plinius Tamuada. & infra. ¶ Ruficas  
 da Lego. Rusadir ex plinio quinto. Ptolemaeus Rhyssidiron uo  
 cat. Nam Ruscada infra dicitur in africa propria dicta ubi et  
 a Ptolm. eo locatur. Plinius in numidia constituit & infra.

Alybas

Tamuada. fl.

Thaluda.

Tamuda.

Rusadir.

Rhyssadiron.

¶ MVLVCHA ille quem diximus amnis est ingentium olim  
 regnorum terminus. Rectius Aldus. Mulucha ille quem dix  
 imus amnis est, nūc gentium, olim regnorum terminus. Nec  
 enim procedit mauritanias appellari a Mela ingentia regna,  
 de quibus paulo ante dixerat. Ceterum regio ignobilis, uix  
 quicquam illustre sortita.

*pars africa minoris, numidia est, teste Ptolomeo*

¶ Numidia. Caput. VI.

*1. mulucha*

**A**B eo Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsa  
 gae, spatio quidem quam Mauritania angustior  
 est, uerum & culta magis, & ditior. Urbium, quas  
 habet, maximae sunt, Cyrrha procul mari, nunc

Sittianorum colonia, quōdam regum domus Iuba & Sipa  
 cis, cum foret opulentiissima iol ad mare, aliquando ignobis  
 lis, nunc quia Iuba regia fuit, & quod Caesarea uocatur,  
 illustris. Citra hanc (nam in medio ferme littore sita est) Car  
 tenna & Arsenaria sunt oppida, & Ampsa castellum, &  
 Laturus sinus, & Sardabale fluvius: ultra, monumentum  
 commune regiae gentis. Deinde Icosum & Vthisa urbes, es  
 fluentes inter eas Ancus & Nabar, aliaque quae taceri nula  
 lum rerum fama eue dispendium est. Interius, & longe satis  
 a littore (si fidem res capit) mirum admodum, spinae piscinā

*numidia uero nomades apermu fab ii dls  
 p capi lionbz, mapalia suas hoc est domus  
 p caubris cu can ferentes ista Pl. l. 5. c. 3.*

*sim mauri**fama casari**ensis SM**nunc con hano**lege regis que**nunc bugia**nunc silife**nunc ar sem**1. iolem*

Pomponij mele.

De hoc aut  
est Ariston  
u. i. meo  
logicoz

muricum ostreorumque fragmenta, saxa attrita (uti solent)  
fluctibus, & non differentia marinis, infixae cantibus an-  
chorae. Alia & huiusmodi signa atque uestigia effusi olim  
usque ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus esse, inue-  
niturque narrantur.

LEX NUMIDIAE

CIRTA procul a mari, nunc sittianorum colonia.

Ordo uerborum uitiatus est & uerba ipsa mendosa. Legendū  
uidetur. Cirta colonia procul a mari, cognomine sittianorum  
Neque enim cirta deducta fuit a sittianis, sed ab illis cognome

Cirta & alia accepit, dicta q; est sittianorum. Plinius quinto. In mediter-  
anea colonia cirta, sittianorum cognomine. Marcianus quo-  
que cirtae coloniae mentionem faciens non addit sittianorū.  
Vnde autem cirta & alia africae loca dicta fuerint Sittianos  
non ostendit appianus libro quarto bellorum civilium.

Africa minor. \* Caput. VII.

Egio quae sequitur a promontorio Metagonio  
ad aras Philenorum, proprie nomen Africae  
usurpat. In ea sunt oppida, Hippo regius, &  
Rusicade, & Tabraca: deinde tria promontoria

Candidum, Apollinis, Mercurij, uaste proiecta in altum,  
duos grandes sinus efficiunt: Hipponensem uocant proximi  
ab Hippono Diarrhyto, quod littori eius appositum est. In  
altero sunt castra Laelia, castra Cornelia, flumen Bagrada,  
Utica & Carthago, ambae inclytae, ambae a Phoenicibus  
conditae. Illa fato Catonis insignis, haec suo: nunc populi Ro-

Utica

Carthago



manicolonia olim imperij eius pertinax aemula, iam quidē  
 iterum opulenta, etiam nunc tam priorum excidio rerum,  
 quam ope praesentium clarior. Hadrumantum, Leptis, Clu-  
 pea, Abrotonum, Taphra, Neapolis, hinc ad Syrtim adiacent  
 ut inter ignobilia, celeberrimae. Syrti sinus est centum fere  
 milia passuum, qua mare accipit, patens: trecenta, qua cina-  
 gitur. Verum importuosus atque atrox, & ob uadorum fre-  
 quentium breuia, magisque etiam ob alternos motus pelagi  
 affluentis & resluentis infestus. Super hunc ingens palus  
 amnem Tritona recipit, ipsa Tritonis: unde & Mineruae  
 cognomen inditum est, ut incolae arbitrantur ibi genitae:  
 faciuntque ei fabulae aliquam fidem, quod quem natalem  
 eius putant, ludicris uirginum inter se decertantium cele-  
 brant. Ultra est Oea oppidum, & Cinyphs fluiuius, per uber-  
 rima arua decidens: tum Leptis altera, & Syrtis, nomine at-  
 que ingenio par priori: caeterum altero fere spatio, qua dea  
 hiscit, quaque flexum agit, amplior. Eius promontorium est  
 Borion, ab eoque incipiens ora, quam Lotophagi tenuisse di-  
 cuntur, usque ad Phycunta: & id promontorium est impors-  
 tuo solitore pertinax. Arae ipsae nomen ex Philenis fratris  
 bus traxere, qui contra Cyrenaicos missi Carthagine, ad dia-  
 rimendum conditione bellum diu iam de finibus, & cum  
 magnis amborum cladibus gestum, postquam in eo quod  
 conuenerat, non manebatur, ut ubi legati concurrerent, cer-

to tempore utrinque dimissi, ibi termini stas

tuerentur: pacti de integro, ut quicquid  
 citra esset, popularibus cederet: mirū,

& memoria dignissimum facis  
 nus, hic se uiuos obrui  
 pertulerunt.

## CEX AFRICA PROPRIE VOCATA:

TRUSICADĒ. Ptolemæus Rusficada. Plinius Rusficade &

Rusficada. V. infra. CET Tabraca. Ptolemæus cum aspiratione in pri  
ma Thabraca & infra. CETIAM nunc tam priorum excis

Tabraca. V. dio rerum. Lego, nec tam priorum excidio rerum, ut partis  
Thabraca. cula illa etiam redundet. & infra. CHadrummentum. Pto

lemæus, Stephanus, Strabo, Plinius, Cornelius, Tacitus omnes  
Adrumittos. nes sine aspiratione. Sed ptolemæus Adrumittos enūciat. Ste

V. phanus tum adrumetos, tum Adrumeton. Strabo adrumen  
Adrumetos Cornelius Tacitus & Plinius cum. n. in penultima adrumen

Adrumetō tum. & infra. CVLTRA est Oea oppidum. Ptolemæus  
Adrumen. Eoam profert trium syllabarum. Sed prior lectio uerior. &

Adrumenti infra. CET CINYPHS. Scribendū sine ulla aspiratione ci  
Oea. V. nyps, etiam si in obliquis eam habeat. Nam apud græcos nos

Eoa. mina finita in. ps. in obliquis per. p. efferuntur, præter quaedā  
Cinyps. fl. que. b. habent. Notatur hoc nomen. Cinyps quod in obliquis

non cinyps per ph. flectitur. Ita technicus. Theodorus prodromos & Mo  
schopolus antiquissimi et probatissimi grammatici. Herodotus

quoq; Plinius & Claudianus. Cinyps in recto, nec aliter pro  
ferunt. & infra. CQVI contra cyrenaicos missi. Aldus

Cyrenæus. cyrenicos. scribo cyrenæos. Nam a cyrene gētile nomen cyre  
Cyrenaicus. næus deducitur. Cyrenaicus possessionem significat auctore

stephano. & si non hoc ad obrusam feruetur.

## Cyrenaica. Caput. VIII.

Dicitur ab a  
mon qd. est  
puteus qd. ibi  
collebat in  
q. u. a. cap. va. it.  
Herodo. in melpomene

**I**nde ad Catabathmon Cyrenaica prouincia est,  
in eaque sunt Ammonis oraculum, fidei inclytæ:  
& fons, quem Solis appellant: & rupes quaedā  
Austrosacra. Haec cum hominum manu attingi

tur, ille iramodicus exurgit, harenasque quasi maria agens, sic seuit, ut æquor fluctibus. Fons media nocte feruet, mox paulatim tepescens, fit luce frigidus: tunc ut sol surgit, ita frigidior: subinde per meridiem maxime riget: sumit deinde tepores iterum, & prima nocte calidus, atque ut ille procedit ita calidior: rursus cum est media, perferuet. In littore promontoria sunt Zephyrion, & Naustatmos, portus Paratosius. Vrbes, Hespberia, Apollonia, Ptolemais, Arsinoe, atque

Cunde terris nomen est ipsa Cyrene, Catabathmos uallis desueta in Aegyptum, finit Africam. Ora sic habitantur, ad nostrum maxime ritum, moratis cultoribus, nisi quod quidam

linguis differunt, & cultu deorum, quos patrios seruant, ac patrio more uenerantur. Proximis nullæ quidem urbes stant, tamen domicilia sunt, quæ Mapalia appellantur, uictus asper

& munditijs carens. Primores sagis uelantur, uulgius bestiarum pecudumque pellibus, humi quies epulæque capiuntur.

Vasa ligno fiunt, aut cortice. Potus est lac, succusque baccarum. Cibus est caro, plurimum ferina: nam gregibus (quia id solum optimum est) quoad potest parcitur. Interiores etiã

incultius. Sequuntur uagi pecora, utque a pabulo ducta sunt, ita se, ac tuguria sua promouent: atque ubi dies deficit

ibi noctem agunt. Quamquam in familias passim, & sine lege dispersi, nihil in commune consultant, tamen quod singulis aliquot simul coniuges, & plures ob id liberi agnati que

sunt, nusquam pauci degunt. Ex his qui ultra deserta esse memorentur. Atlantes solem execrantur, & dum oritur, & dum

occidit, ut ipsis agrisque pestiferum. Nomina singuli non habent, non uescuntur animalibus, neque illis in quiete, qualia cæteris mortalibus, uisere datur. Troglodytæ nullarum opium domini, strident magis quam loquuntur, specus subeunt, as

et ex hoc loco a fer hū charo q vulgo dicitur monna

lege illa h' enox

item Salusti q appellauit mapalia, et uixi. i. anea. aut m uatur mo lo m q neaz m gga uaqz n d m com, legu sta ta,

com, sagu con ssarales, leop sarios

ibi uallis de uera m aegyptus i. usq ad aegyptum i. ab i. m nil continetur egypti, et nō. hūc uicium m quo melle aut appum ee parsusis et de hoc c. 4.

hæc est ma dis anti qua gales natib ut placet Platoni li. 3. le gum

de causa cur non datur hū uisere in somnia lege Aristo. cap de m somnia

acostu brados

casariat

1. post q

hoc au dicitur iugurta atqz

a. qz

hanturque serpentibus. Apud Garamantes etiam armenta sunt ea, quæ obliqua ceruice pascuntur. Nam pronis directè in humum cornua officiant. Nulli certa uxor est. Ex his qui tam confuso parentura coitu passim incertique nascuntur, quos pro suis colant, formæ similitudine agnoscunt. Angila manes tantum deos putant, per eos deierant, eos ut oracula consulunt, precatique quæ uolunt, ubi tumultis incubuere, pro responsis ferunt somnia. Fæminis eorum solenne est, nos esse, qua nubunt, omnium stupro patere, qui cum munere aduen erint, & tum cum plurimis concubuisse maximum deus, in reliquum pudicitia insignis est. Nudi sunt Gamphasætes, armorumque omnium ignari: nec uitare sciunt tela, nec iacere, ideoque obuios fugiunt, neque aliorum quam quibus idem ingenij est, aut congressus, aut colloquia patiuntur. Blæmyis capita absunt, uultus in pectore est. Satyris præter effigiem, nihil humani. Aegipanum quæ celebratur, ea forma est. Hæc de Africa.

### TEX CYRENAICA.

IN littore promontoria sunt zephyrium & Naustathmos portus Parætonius. Vrbes Hesperia &c. Corrupta omnia & inuersa uel potius euersa. Legendum arbitror. In littore promontoria sunt Zephyrium & Catæonion. Naustathmos portus. Vrbes Hesperia &c. Ante omnia Parætonium nullo modo tolerari potest. quia Cyrenaica quæ hic describitur a Mela finis est catabathmos ut statim ipse subiicit & plinius scribit quinto. Catabathmos porro totam claudit africanam, & aperit uel ægyptum secundum ipsum, uel Mareotin libyâ conterminam ægypto, cuius finis est parætonium ut tradit

plinius libro quinto. Ergo cum antedicta Cyrenaicae ciuitates  
 sint intra Catabathmō, Paratonium autem sit ultra Ca  
 tabathmon octoginta millia passuum plinio, & in Mareotis  
 de Libya siue Marmarica ut ptolemæus appellat non in Cya  
 renaica, consequitur nullo hic modo legi posse Paratonium.  
 Probabilior lectio Cataeonion, quod est promontorium citra  
 Catabathmon, Cyrenaica pōponio, Marmarica Ptolemæo. Naustathmos  
 Naustathmos autem portus est Ptolemæo & Straboni sed Naustathmō.  
 neutra terminatione Naustathmon. Præterea Hesperia. V. Hesperia. V.  
 bem. Ptolimæus & Ammianus Marcellinus Hesperidas nos Hesperides  
 mināt. Plinius Hesperidum. Stephanus Hesperidem, quæ po Hesperidum  
 stea dicta sit berenice. & infra. ¶ Quia id solum optimum Hesperis  
 est. conuenientior lectio opimum est. & infra. ¶ Quanqua Berenice  
 in familias passim & sine lege dispersi, nihil in commune cō  
 sultant, tamen quod singulis & c. Legendum diuersa dispen  
 ctione, & dispersis non dispersi. hoc modo. Quamquam in fas  
 milias passim & sine lege dispersis nihil in commune, cōsula  
 tant tamen & c. & infra. ¶ Atlantes solem execrantur &  
 dum oritur & dum occidit. Scribo. Atlantes solem execran  
 tur dum oritur. reliqua redundant. ex Herodoto. Diodoro &  
 Stobæo titulo de legibus & moribus. In quo etiam uitiose Atlantes solē  
 Apharantes pro Atlantes scriptum inuenias. & infra. orientem dñ  
 taxat execra  
 ¶ Apud Garamantes etiam armenta sunt, ea que obliqua ri  
 ceruice pascuntur. Hoc Troglodytis congruit de quibus sta Stobæi locus.  
 tim ante disseruit, nō garamatibus. Nihilominus sunt & ga  
 ramantibus sua armenta, quæ tamen non obliqua ceruice  
 pascuntur, sed retro ambulanti, ob eandem causam quam  
 hic exponit Mela. Quorum utrumq; a plinio traditur, illud  
 libro. xi. capite. xxxvij. hoc libro octauo capite de Bubus. Cer  
 tumq; habeo utrumq; etiā a Mela memoriæ proditum esse,

si eius opus integrum non fragmentum ad tempora nostra descendisset. Multa enim uerba plurimis in locis desiderantur, quod liquebit singula diligentius rimanti & cum alijs auctoribus, græcis præsertim conferenti. Præterea quod subiungit nulli garamantum esse certam uxorem, & ex his qui tam confuso coitu nascuntur, quos pro suis alant formæ similitudine agnoscere falsum est, Ausensibus enim hoc tribuit herodotus non garamantibus. Quam ob rem non sit mihi fraudi si interdum in rebus tanto uetustatis situ obrutis audaculus fuero. Complusculos itaq; hos uersus commut. v. resarcio legoq; ad hunc modum. Troglodytæ nullarum opum domini strident magis quam loquuntur. Specus subeunt, alunturq; serpentibus. Armenta habent quæ obliqua ceruicem pascuntur, nam pronis directæ in humum cornua efficiunt. Apud garamantas etiam armenta sunt quæ retro ambulanti pascuntur. Apud Ausenses nulli certa uxor &c. Herodotus in Melpomene de ausensibus. Idem inquit promiscue cum mulieribus non una habitantes sed pecudum more concubunt. Vbi apud mulierem puer robustus factus est, apud quæ uirum habitare sustinet (nam tertio quoq; mense uiri conueniunt) eius filius censetur. Sic Laurentius conuertit, haud sane recte. Debit enim uertere nõ, apud quem uirum habitare sustinet, sed cui uirõ similis est, græce .n. est cui uenerit, hoc est, cui similis exiterit. De caetero, & si de Troglodytis mela dicat serpentibus ali, pastoralem tamen eos, uitam agere, diamicare pro pascuis & oues habere, mulctariq; oue qui cum regina concubuerit. Strabo. prodit. & infra.

¶ **QVOS** pro suis colant. Castigo quos pro suis alant. Parricium enim est alere filios, filiorum colere parètes. & infra.

¶ **CAVGILÆ** manes tantum deos putant. &c. Aut ego eris

Locus insignis  
exacta cura  
estimatus

Laurentij  
error.

Pomponij  
error.

ro, aut noſter melahic etiam errat, & quidem ita manifeſte  
 ut nulla eum aduocatione de ſendi poſſe putem. Error tamen  
 eſt memoriae, ideo q; ignocendus. Porro ſi ſemel melam erraſſe  
 ſe conſtiterit, eodem errore tenebitur triuuiratus ille Plinij  
 Solini. Martiani. Duo enim poſteriores e plinio hoc mutauit,  
 Plinius e Pomponio. ut ueriffima ſit ſententia illa tertij natu-  
 ralis hiftoria. haud alium eſſe fidei proniore lapſum quam ubi  
faſe rei grauis auſtor exiſtit. Sed diſpiciamus prius an uera  
 prodiderit. Pomponius. Nam eius cauſa diligenter excuſſa,  
 idem ius erit ceterorum. Sub texam autem herodoti uerba  
 a quo Pomponius ſceneratus uidetur. Ea ſunt ex Melpomes  
 ne ad hunc maxime modum. Aufchyſarum quod ad oci idens  
 te uergit contingunt Naſamonos, grandis natio, qui ſub æſtate  
 relictiſ ad mare pecoribus conſcendunt ad locum Augila, des-  
 cerptum palmulas. Nam palmae illic & permultae ſunt &  
 ſpacioſae & fruſtiferæ omnes. ex quibus ubi palmulas præma-  
 turas decerperunt, ad ſolem ſiccantes, mature faciunt. deinde  
 lacte maceratas ſorbillant. Ex his herodoti uerbis planum ſit  
 diuerſos eſſe Naſamonas ab Augilis, & aſcendere ſolitos Naſa-  
 monas ad urbem in mediterraneo Augila, ad decerpendas  
 tantum palmulas. De eiſdem ruruſ Naſamonibus Herodos  
 tus. Naſamonibus inquit moſ eſt cum quis primum duxit  
 uxorem, prima nocte ut ſponſa ſingulos conuiuias obeat uene-  
 ris grãtia, & ut quiſq; cum ea concubuit donum det illi, qd  
 ſecum habet domo allatum. Iure iurando ac diuinatione tas  
 li utuntur. Per eos uiros qui iuſtiſſimi atq; optimi apud illos  
 fuiſſe dicuntur iurant, illorum ſepulcra tangent. Diuinant  
 ad ſuorum accedentes monumenta, & illic ubi preces peres-  
 gerint indormiunt. ubi quodcunq; per quietem inſomnium  
 uiderunt eo utuntur. Hæc herodotus. quæ omnia ut patet

mela compilauit. sed quod herodotus de Nasamonibus scripsit Mela Augilis dedit lapsu uidelicet ut dixi memoria. Nam cum legisset in herodoto Nasamonas ascendere solitos ad Augilas, quod nasamonum erat transtulit ad Augilas Nasamonum conterminos. Ad haec Nasamonas esse non Augilas qui manes tantum deos colant Dionysius byzantius confirmat. qui romanorum armis deletos tradit Nasamonas, quod ioui nullam reuerentiam cultumq; impertirent. Illud non praeterierim in exemplaribus herodoti formis excussis Aegila semper legi pro Angila, testante id etiam stephano qui notat eandem dictionem neutralis esse generis, & Angilitas ut dixi populos non Augilas nominat. Sed Angilarum & qui statim sequuntur Gamphasantum uicinitas admonet, ne grauer alterum etiam errorem notare duorum in litteris clarorum hominum. Quorum alter est Stephanus celeberrimus inter graecos urbium scriptor, qui mendosum Herodoti exemplar nactus pro gamphasantes Garamantes scripsit, aitq; garamantas eorum hominum occursum effugere, nullumq; admittere commercium, quod falsum est. Gamphasantum enim hoc est non garamantum. Alter est Laurentius Vallengis optime de romano sermone meritis, nunquam que sine honoris praefatione nominandus, qui in translatione herodoti in eundem incidit errorem, garamantas ut in corrupto inuenit exemplari pro gamphasantas reddens. Nam si garamantes ut ipse uertit omnium hominum commercium aspectumq; refugiebat nihil bellicae armaturae habentes, ac ne defendere quidem sese audentes, quomodo plinius tradit Garama clarissimum esse oppidum garamantum, omniaq; romanis armis superata et a Cornelio Balbo triumphata, & cur silius in tertio inter ceteras gentes exercitus Annibalis garamantas commemoro

Herodoti loci.

Stephani error.

Herodoti loci.

Laurentij error.



rat. Quin & herodotus non multo post garamantas gentē esse ait insigniter magnam, quod sine occurſu & commercio hominum qua ratione fieri potuerit non uideo.

PARTICVLARIS ASIAE  
DESCRIPTIO.

Aegyptus. Caput IX.

ſa Herodoty in euterpe



Sic prima pars Aegyptus inter Catabathmon & Arabas, ab hoc littore penitus immiſſa, donec Aethiopiam dorſo contingat, ad meridiem reſugit. Terra ex persimbrium, mire tamen fertilis, & hominum

aliorumque animalium perſecunda generatrix. Nilus efficit, annuum in noſtrum mare permeantium maximus. Hic ex desertis Africae miſſus, nec ſtatim nauigari facilis, nec ſta-

tim Nilus eſt: & cum diu ſimplex ſauusque, deſcendit, circa Meroen late patentem inſulam, in Aethiopiam diffunditur,

alteraque ex parte Aſtaboras, altera Aſtapus dictus eſt. Vbi riuſus coit, ibi nomen hoc capit. Inde partim aſper, partim nauigia patiens, in immanē lacum deuenit: ex quo præcipis

ti impetu egreſſus, & Tachompoſo alteram inſulam amplectitur, uſque ad Elephantidem urbem Aegyptiam atrox adhuc

feruensque, decurrit. Tum demum placidior, & iam pene nauigabilis, primum iuxta Cercasorum oppidū triplex eſſe

incipit: deinde ſemel iterumque diuiſus, ad Delta & Metio-

lin it per omnem Aegyptum uagus atque diſperſus, ſeptemque in ora ſe ſcindens, ſingulis tamen grandis, euoluitur. Nō pererrat autem tantū eam, ſed æſtuo ſydere exundans etiā

arrigat, adeo efficacibus aquis ad generandum alendumque

ibi aſtapygd. ſe thiopia gentium lingua ſignificat aquam eſe tenebris & ſciantem, aſtaborde alio aluo dictus, hoc eſt ramus aqua uementis eſt tenebris, de ætero uero aſtapus,

et de hoc lege Pl. l. 5. c. 9.

unde muenta  
ſuit aethiopia  
et geom. ſicut  
ſtauo in hinc  
dorso promte  
ſua uolcatus  
ſe thiopia sub  
ſe gypso

Pl. l. 5. c. 9  
ait niſſe x mo  
te in ſerio riſ  
gnawi ſa mi  
ſrahere ori ai  
nem, Ant. ſon.  
l. 2 me teolog  
ait ex ex ar di  
uis montibus,  
et lu e ang op  
ſe hars. ex a lio  
polo ut p aſte  
his vber, a no  
ſe ſe g polas, ni  
lum by a ſonte  
bibi ſet

ibi nec ſt ad h  
m lly e r h q  
di ſalora mo  
em euſra ſe  
uocac ut de  
penſam  
aluo dictus  
aluo dictus  
aluo dictus

por mu  
gran  
uee  
mu  
ues m  
huc no  
bulo a  
pud m  
llam m  
verno  
a Pholo  
l. 4. me  
ſalora  
Herodote  
ſachoso



thus, domos mille, & regias duodecim perpetuo parietis am-  
 bitu amplexus, marmore extructus ac tectus, unum in se des-  
 censum habet, intus pene innumerabiles uias, multis amba-  
 gibus huic & illuc remeantibus: sed continuo anfractu, &  
 saepe reuocatis porticibus ancipites, quibus subinde alium  
 super alios orbem agentibus, & subinde tantum redeunte  
 flexu, quantum procerat, magno & inexplicabili tamen  
 errore perplexus est. Cultores regionum multo aliter a tate-  
 ris agunt: mortuos simo oblit, plangunt: nec cremare, aut  
 fodere fas putant: uerum arte medicatos, intra penetralia  
 collocant. Suis literis peruerse utuntur. Lutum inter manus,  
 farinam calcibus subigunt. Forum ac negotia, femina: uiri,  
 pensa ac domos curant: onera illa humeris: hi capitibus acci-  
 piunt. Parentes cum egent, illis necesse, his liberum est ale-  
 re. Cibos palam & extra sua tecta capiunt: obscena intimis  
 aedium reddunt. Colunt effigies multorum animalium, atq;  
 ipsa magis animalia, sed alij alia, adeo ut quaedam eorū etiā  
 per imprudentiam interemisse, capitale sit: et ubi morbo  
 aut forte extincta sint, sepelire ac lugere solenne sit. Apis po-  
 pulorum omnium numen est: bos niger, certis maculis insig-  
 nis, & cauda linguaque dissimilis aliorū: raro nascitur, nec  
 coitu pecoris (ut aiunt) sed diuinitus & celesti igne concep-  
 tus, diesque quo gignitur, genti maxime festus est. Ipsi uetus-  
 tissimi (ut praedicant) hominum, trecenos & triginta reges  
 ante Amasim, & supra tredecim milium annorum aetates  
 certis annalibus referunt: mandatumque literis seruant, dū  
 Aegyptij sunt, quater cursus suos uertisse sidera, ac solem bis  
 iam occidisse, unde nunc oritur. Viginti milia urbium Ama-  
 si regnante habitauerunt, & nunc multas habitant. Earum  
 clarissima procul a mari, Sais, Memphis, Syene, Bubastis,

Elephantis, & Thebæ, utique (ut Homero dictum est) centū  
 portas, siue (ut alij aiunt) centum aulas habent: totidem olim  
 principum domos: solitaque singulas, ubi negocium exegerat,  
 dena armatorum milia effundere. In littore Alexandria  
 Africae contermina. Pelusium Arabiae ipsas oras secat. Cano-  
 picum, Bolbiticum, Sebenniticum, Mendesium, Phatniticū,  
 Tanicum, Pelusiacum, Nili ostia.

¶ Ex particulari Asiae descriptione. Ex Aegypto.

¶ Usq; ad elephantidem urbem aegyptiam. Scribendū Ele-  
 phantinen non elephantidem. Neq; enim in uniuersa aegyp-  
 to aut regio est aut urbs, quæ Elephantis appelletur. Elepha-  
 ntines autem urbis & insulae aegypti, omnes & dii & homi-  
 nes meminere. Vt erret uir doctus & multæ lectionis her-  
 molaus, qui in plinio & alijs latinis auctoribus mendis scatē-  
 tibus elephantidem ut ueram legitimāq; lectionem agnos-  
 cat. & infra. ¶ Deinde semel iterumq; diuisus ad Delta &  
 Metilin. Legendum quidem erat Metelin penultima produ-  
 cta nō Metilin si ea hic ciuitas redderetur quam idem putat  
 hermolaus, a qua Metelites nomos seu p̄fectura Ptolemao,  
 Stephano, Plinio. Sed cum ante hermolauum Melin corrupte  
 legeretur, ipse pro Melin Metilin substituit nulla, neq; aucto-  
 ritate neq; ut ego puto ratione. Re igitur diligentiore cura  
 animaduersa puto legendum a Delta & Mēphi hoc est post  
 delta & mēphin. Nam Mela ut ipse inter initia testatus est  
 clarissima quæq; loca consecratur. Memphis autē teste Mar-  
 cellino libro. xxvij. magna fuit urbs. & Strabo libro. xvij. ma-  
 gnam populosamq; fuisse affirmat, & secundam post Alexā-  
 driam, regiamq; aegyptiorum, astipulante etiam plinio. Cæs-  
 terū tria hæc loca a Mela hic memorata. Cercasorus Delta  
 & Memphis, propinqua sibi mutuo fuere, herodoto auctos

Elephantine  
 nō Elephatis.  
 Hermolai  
 error.

Metelis non  
 Metilis. V.

Hermolai  
 lapsus.

re in Euterpe. Plinius quoque Memphin urbem prope delta fuisse se his uerbis monstrat. Arfinoita inquit (duo hi sunt) & Memphita usque ad suum delta perueniunt. Confirmat hoc ipsum Schoenus Diodorus secundo Memphin asserens circa delta conditam esse. quot passus quin & Strabo Memphin a Delta tribus schoenis abesse colligat. scribit. Schoenus autem ut hoc quoque in transitu & paucis Diuisione Nili notetur. xl. stadia agit Straboni in undecimo. Herodoto. lx. quomodo fiat Plinio. xxx. Diuisione autem nili quoniam res uidetur digna cognita nec longa est fabula aut a proposito aliena sic se habet. Acatadupis usque ad Cercasorum uno tantum alueo peruenit. Deinceps tripartitus fit alueus. quorum qui tendit ad Auroram Pelusiacum, alter qui ad uesperam Canopicum ostium dicitur. Tertius quo recta nilus meat delatus per superiora in acutum delta proficiscitur. Dehinc medium Delta scindens in mare euadit, & Sebeuniticum nominatur. A quo duo alia diuiduntur ostia, quorum alterum Saiticum, alterum uocatur mendesium. Nam quae Bolbitinum & bucolicon nominantur non sunt natina ostia sed deffosa. Haec ex herodoto in Euterpe fere ad uerbum. Ex quibus patet ad Cercasorum primam nili diuisionem fieri in ipso Delta acumine. Deinceps relicto a tergo Delta & clarissima urbe memphi quae abest a Delta. xx. M. passuum fit secunda, postremo tertia. Nam si ad Delta legatur, ut uult hermolans sequeretur illud absurdum, ad Delta fieri primam secundam & tertiam nili partitionem. Locus enim ille acutus apud Cercasorum unde prima partitione triplex fieri nilus incipit Delta proprie uocatur. Si igitur prima partitio ad delta fit, deinde semel iterum; ut pomponius ait ad Delta diuiditur, ergo omnes tres partitiones fiunt ad Delta quod ratioi & communi sensui repugnat. & infra. ¶ Fitque maior uel quod nihil ex semet amittit, uel

Verba falso  
pomponio at  
tributa.

quod plus quam solet accipit, uel quod minus quam debet  
emittit. Hæc uerba procul dubio non sunt Melæ, sed lectoris  
uolentis compendio amplecti antedictas incrementi nili cau-  
sas. quæ in margine libri scripta, librariorum inscitia pom-  
poniana electiõni inseruit. & infra. ¶ Quattuor fere soli iu-  
gera sua sede occupat legendum uidetur non. IIII. soli in  
gera sed. xxxij. Nam quadrata erat Pyramis, & frontes sin-  
gulæ octona iugera occupabant, auctore herodoto in secun-  
do. Item non sua sede scribendum puto sed qua sedet. Nam  
& Aldus, quæ sedem occupat legit, ut in descriptione bithy-  
nia. trans anmem sedet in ceruice peninsula Cyzicum. Et in  
thracia. & in radice magnæ peninsula sedens hysmachia. &  
libro tertio in hispania. & tres aræ quas sestianas uocant in  
peninsula sedent. & infra. ¶ Viginti millia passuum in circ-  
cuitu patens. Erratum rursus in numero. Scribendumq; qua-  
dringenta quinquaginta Millia passuum. ex diodorolibro pri-  
mo, prodente patere hunc lacum stadiorum tria milia sexcē  
ta quæ faciunt. cccc. l. m. pass. confirmante id quoq; herodoto  
in euterpe ad uerbum. & infra. ¶ Domos mille. Scribendū  
ter mille ex eodem herodoto. quarum dimidia pars erat sub-  
terranea, reliquæ illis superpositæ. & infra. ¶ Suis litteris  
peruerse utuntur. Dictio suis superfluit. ut in eo quod sequit-  
tur. & extra sua tecta capiunt, redundat enim sua. & infra.  
¶ Trecentos & triginta reges ante Amasin & supra. Scri-  
bendum uidetur. trecentos & quadraginta reges ante Any-  
sin & sethon ex Herodo secundo. & infra. ¶ Tredecim mi-  
lium annorum ætates. legendum fortasse, totidem hominū  
ætatibus, aut si placet numerum annorum retinere & æta-  
tes hominum in annos resolvere, lege. xi. m. cccxl. annorum  
ætates, utrumq; ex herodoto in secundo. & infra. ¶ Quater

cursus suos uertisse sydera, ac solem bis iam occidisse unde  
 nunc oritur. Lego, quater cursus suos uertisse solem, ac bis  
 iam & c. reliqua superfluum ex herodoto secundo. Præterea  
 uidentur hic deesse aliquot uerba ad complementum sensus,  
 ex eodem herodoto euidentissime. Ea sunt. & bis illinc  
 ortum esse ubi nunc occidit. Alioquin non quater uertisse sol  
 cursus suos sed bis tantum intelligeretur. & infra. ¶ Bubas  
 stis. Elephantis. & thebæ. Legendum. Bubastis. Elephantis  
 ne. Thebæ. ut supra ostensum est. & infra. ¶ Centum aulas  
 habent. Videtur scribendum habentes non habent, ut cons  
 stet sensus & infra. ¶ Dena armatorum milia effundere.  
 Lego ducenos armatos effundere, neq; est necesse addere mi  
 lites. De cætero hunc locum fuisse a me primo castigatum ex  
 nono Iliados cum quartodecimo abhinc anno pomponium  
 salmanticæ publice enarrarem testis est uniuersa salmantis  
 censis academia, sicuti illum etiam in relatione Thraciæ.  
 manentq; dominos proci. pro quo ego substitui. Mærendo mi  
 nus profici. Hi postea ab auditoribus meis inuulgati, & sub  
 inde in multorum aures transmissi, dominum ut fieri assos  
 let mutauere. & infra. ¶ Pelusium Arabiæ ipsas oras ses  
 cat. Duæ dictiones priores: superioribus adiungendæ. Dein  
 de seorsum & per maiorem litteram legendum. Ipsas oras  
 secant. Canopicum & c. & infra. ¶ Bolbiticū. Ptolemaeus. Bolbitinū &  
 Stephanus. Plinius. Diodorus. Herodotus. Bolbitinum non Bolbiticum  
 bolbiticum. Strabo tantum alternat. modo Bolbitinum mo Bolbitinum  
 do Bolbiticum proferens. Illud aestimatione dignum, Herod  
 dotum contra reliquos fere omnes Bolbitinum inter falsa secundum He  
 nili ostia numerare. & infra. ¶ Sebenniticum. Sic quidem rodotum.  
 Strabo & diodorus scribunt. At Ptolemaeus. Stephanus. He  
 rodotus cum. y. in tertia a fine Sebenniticum, & infra.

Mendesum **M**endesum. in plinio Mendesicum legitur sed perperam.  
 non Mendese Nam Strabo. Ptolemaeus. Stephanus. Herodotus. Diodorus.  
 cum. Thucydides. Mendesum omnes, nemo Medesicum. & infra.  
 Phatnicum **P**hatmiticum. Strabo ultimo Phatnicum uitiose ut reor  
 Patmeticum pro phatniticum. Ptolemaeus Patmeticum sicut in Pompos  
 Taniticum nio legebatur antequam correctores manus in eum iniicerent.  
 non Tanicum & infra. **T**anicum. Legendum Taniticum. ex Strabone.  
 Ptolemaeo. Marcellino. Plinio scriptae lectionis. in quo tamen  
 perperam Hermolaus Tanico legit reclamante etiam anas  
 logia. Nam ut a Saïs Saiticum testibus stephano & herodo  
 to, & a Naucratis Naucraticum ex plinij scripto exemplari,  
 sic a Tanis urbe Taniticum. Porro hoc Taniticum ostium Hes  
 rodoto & alijs Saiticum est. Strabone quoq; id tradente li  
 bro ultimo.

De azo fo Herod.  
 me ulexpre

Arabia. Caput. X.

apulusiaeo

3. circa mare

lege, sed ibi  
 De casio mō le  
 strabo. li. pen.  
 ferna

**A**rabia hinc ad Rubrum mare pertinet, sed illic ma  
 gis lata & ditior, thure atque odoribus abundat  
 hic, nisi qua Casio monte attollitur, plana & ste  
 rilis, portum admittit Azotum, suarum mercium  
 emporium: qua in altum abit, adeo adita, ut ex summo uer  
 tice a quarta uigilia ortum solis ostendat.

ibi a quarta uigilia duas horas  
 post mediam noctem, unde  
 quarta uigilia incipit

EX Arabia.

(ibi admittit). recte ad  
 mittit qz a azotum nō ē  
 Arabia sed potius id u  
 in cae

**C**VT e summo uertice a quarta uigilia ortum solis osten  
 Duo Montes. tet. Cum sunt duo montes Casij, Alter Arabia, alter Syriae  
 Casij quod pomponius tribnit Casio Arabia, Plinius. Marcellinus  
 ceteri Casio Syriae assignant. Quapropter uerba haec in Syriae



transferri debent & monti Cassio adnecti. Inhumanum enim est malle errores tam supinos pomponio quam libras riorum ebriosa oscitationi impingere. Ceterum Herodotus Casium, M. secundo Casium neutra terminatione non Casius nomen neutro genere nat.

nunc su Syria.  
ria

Caput. XI.

nunc da  
mas co De descriptione syriae vi. bonu  
per Pl. u. s. c. 12



Syria late littora tenet, terra sq; etia latius introrsus, alijs alijsque nuncupata nominibus. Nam & Caele dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonica, & Iudaea, & Sophene.

la hondaswig  
pars asyriae  
Ptolomeo. u. 6.  
pars armenia  
auctore Pto lomeo  
u. 5

Hic Palestina est, qua tangit Arabas, sum Phoenice: et ubi se Ciliciae committit, Antiochia: olim ac diu potens, sed cum eam regno Semiramis tenuit, longe potentissima. Ex operibus certe eius insignia multa sunt: duo maxime excellunt, constituta urbs mirae magnitudinis Babilonia, ac siccis olim regionibus Euphrates & Tigris immissi. Ceterum in Palestina est ingens et munita admodum Gaza (sic Persae ararium uocant) et inde nomen est, quod cum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli & opes, et pecuniam intulerat. Est non minor Ascalon. Est Ioppe ante diluuium (ut ferunt) condita: ubi Cepheia regnasse eo signo accola affirmant, quod titulum eius fratrisque Phineei, ueteres quaedam ara cum religione plurima retinent: quinetiam rei celebratae carminibus ac fabulis, seruat aq; a Persaeo Andromeda clarum uestigium, beluae marinae ossa immania ostentant.

ais seleucia  
ad. hic scribit  
gemuam  
buit Herodotus  
Nifoori  
cambyses offe  
sus susstio  
mbo Aegyptio  
be ducem in huius  
illis et de hoc  
lege Justinus l. 1.  
pater Andromeda

De Pl. u. s. c. 12

nun sassa por... pere c iiii  
grina 4. Htero solij mta nox

QVA tangit arabas cum phoenice. Dispunge & scribe cum maiore. quat tangit arabas. Tum phenice, &c.

Tyri literas primi aucto Phoenicia. Caput. XII.  
 querrunt alii didicerunt et coloma eius perieorbe  
 foto diffusa sunt et que coloma vi. q. cur sum. li 4.



Phoenicen illustrare Phoenices, solers homi-  
 num genus, et ad belli pacisque munia exis-  
 mium. Literas & literarum operas, aliasque  
 etiam artes, marianauibus adire, clas-  
 se confligere, imperitare gentibus, regnum

vi. Pla. m. fe  
 oro et m. thi  
 meo ubi trac.  
 fal quib9 atri  
 budntur lite  
 rae et q. uere

De hoc lege  
 Ph. li. 5. et ig.

De hoc lege plu-  
 tarch. m. vita  
 alexandri et sunt oppida,  
 q. cur. li. 4.  
 et Arianu

praeliumque commenti. In ea est Tyros, aliquando insula,  
 nunc annexa terris defecit, quando ab impugnante quondam

Alexandro iacta sunt opera. Vici tenent ulteriora, & adhuc

opulenta Sidon, antequam a Persis caperetur, maritimarum  
 urbium maxima. Ab ea ad promontorium Euprosopon duo

ter se stadijs distantia, locus ex numero Tripolis dicitur: tum  
 Symira castellum, & urbs non obscura Marathos. Inde iam

Strabo u. pen-  
 folio. 330. ait  
 et appellata  
 q. Alit ad di-  
 data a tribu  
 bibus

hac glo. vide  
 ut placet co-  
 mendo aturis

non obliqua pelago, sed aduersa adiacens, a terra grandem  
 sinum inflexo tractu littoris accipit. Populi dites circum sis-

dent, situs efficit: quia regio fertilis, crebris & nauigabilis  
 bus alueis fluminum peruia, diuersas opes maris atque ter-

rarum facili commercio permutat ac miscet. In eo prima est  
 reliqua pars Syrie, cui Antiochie cognomen additur: & in

ora eius urbes, Seleucia, Paltos, Beritos, Laodicea, Arados,  
 amnesque inter eas eunt. Lycos, & Hypatos & Orontes:

tum mons Amanus, & ab eo statim, Myriandros, & Cis-  
 lices.

collocanda erat post promontorium  
 Euprosopon ex Strab. li. penul. et ex  
 Phlo. li. 5.

## LEX Phœnice.

¶ Litteras & litterarum operas. Probabilior lectio . litteras. & siderum operas. Plinius quinto. Ipsa inquit gens phœnicum in gloria magna litterarum inuentionis, & siderū, naualiumq; ac bellicarum artium. & infra. ¶ Regnum preliumq; cōmenti. cui non pellucet tria illa uerba regnum preliumque enarrationem esse illorumque statim ante praecefferunt, classe conflagere, imperitare gentibus, a librarijs per ignorantiam uersibus auctoris immista. & infra.

¶ Nunc annexa terris defecit, quando ab impugnantibus ante quōdam Alexandro iacta sunt opera. Scribo. nunc annexa terris ab impugnantibus quondam Alexandro iacta opera. reliqua redundāt. Pari breuitate plinius. nunc inquit Alexandri oppugnantis operibus continens. Persuasum quoq; habeo uerba illa protinus sequentia. uici tenent ulteriora. nō esse Melæ sed alicuius qui eam forte oram lustrauerat. Cuiusmodi homines solent plerumq; bonos auctores ineptis expositionibus additamentisq; inquinare, in solentia quadam & friuola in paruis iactantia. Ceu uero nesciamus pulcherrime nobis diodorus poetam totum terrarum orbem depinxisse sine huiusmodi peregrinationibus ut ipse de se fatetur. & non tradat strabo ad situm terrarum cognoscendum plus momenti afferre auditum quam uisum. & infra. ¶ Ab ea ad promontorium Euprosopon. Legendum. Ab ea ad promontoriū Theuprosopon theuprosopon. ex Ptolemæo & Strabone, quorum interpretes non Euprosopon in epte transtulerunt dei facies. Vidit hoc ante me Maspon. riangelus uir cum primis eruditus & diligens. & infra.

¶ Inde iam non obliqua pelago sed aduersa adiacens a terra. scribo obiacens ex familiari consuetudine loquēdi melæ.

ut dixi. Postrema quoque duo uerba demenda. & infra.

¶ Paltos. Beritos. Scribendum cum. y. in secunda Berytos. ex Strabone. Stephano. Ptolemæo. Plinio. & infra. ¶ Lycos et hypatos et Orontes. Castigo. Lycos. Helabotas et orontes ex Strabone.

## Cilicia.

## Caput.

## XIII.

De hoc lege  
Strabonem l. 12.  
de gestis Alexi  
legendum si  
ne negationem  
ex Strab. l. 14.



T in recessu intimo locus est magni aliquando discriminis fusorum ab Alexandro Persarum, fugientisque Darii spectator ac testis: nunc ne minima quidem, tunc ingenti urbe celebris, Issos fuit, & hac re sinus Issicus dicitur. Procul inde Amanoides promō

Decydno legatorum, inter Pyramum Cydnumque fluiuos, iacet. Pyramus Isso prior, Mallon præterfluit: Cydnus u'tra per Tarsum exit.

Deinde urbs est, olim a Rhodijs, Argiuisque, post Piratis, Pōs poeio assignate, possessa, nunc Pompeiopolis, tunc Solæ. Iuxta in paruo tumulo Arati poeta monumentum, ideo referendum, quia ignotum, quam ob causam iacta in id saxa dissiliunt. Non longe hinc Corycos oppidum, portu, saloque incingitur, angusto tergoze continenti adnexum. Supra, specus est

De hoc lege Strab. l. 14. nomine Corycius singulari ingenio, ac supra quam ut describi facile possit eximius. Grandi nanque hiatu patens, montē littori appositum, & decem stadiorum cliuo satis arduum, ex summo statim uertice aperit: tunc alte demissus, & quā tum demittitur, amplior, uiret lucis pubentibus undique, et totum se nemoroso laterum orbe complectitur: adeo mirificus, ac pulcher, ut mentes accedentium primo aspectu consternat: ubi contemplati durauere, non satiet. Vnus in eum

descensus est, angustus, asper, quingentorum et mille passuum  
 per amenas umbras, & opaca sylva quiddam aggreffe reso-  
 nantis, rivis hinc atque illinc fluitantibus. Vbi ad ima perue-  
 tum est, rursus specus alter aperitur, ob alia dicendus. Tercio *Aristo. m. li.*  
 ret ingredientes sonitu cymbalorum, diuinitus & magno *demundo et*  
 fragore crepitantium. Deinde aliquandiu perspicuus, mox *m. meteoris,*  
 & quo magis subitur obscurior, ducit ausos penitus, atque *assignat ca. 3.*  
 quasi cuniculo admittit. Ibi ingens annis ingenti fronte se *usq. somnus et*  
 extollens, tantummodo se ostendit, & ubi magnum impetu *inquit causa*  
 breui alueo traxit, iterum demersus absconditur. Intra spacia *ventorum*  
 tium est magis, quam ut progredi quisquam ausit, horribile *ad m. terrores.*  
 et ideo incognitum. Totus autem angustus, & vere sacer, ha- *partes et sapi-*  
 bitarique a dijs & dignus et creditus. Nihil non nenerabile, *nime a meda*  
 & quasi cum aliquo numine se ostentat. Alius ultra est, que *in h. sign. fia*  
 Typhoneum uocant, ore angusto, et multum (ut experti tra- *De Typhoele*  
 didere) pressus, et ob id assidua nocte suffusus, neque unquam *ge. d. qu. li. 3.*  
 perspicui facili: sed quia aliquando cubile Thyphonis fuit, *Et quid sit vi.*  
 quia nunc dimissa in se confestim exanimat, natura fabulosa *Ar. Sto. li. deu*  
 que memorandus. Duo deinde promontoria sunt, Sarpedon, *m. d. so*  
 finis aliquando regni Sarpedonis, et quod Ciliciam a Pamo- *hic specus et*  
 philia distinguit, Anemurium: interque ea Celendris, et Na- *preteritus d.*  
 tidos Samiorum coloniæ: sed Celendris Sarpedoni propior. *lit soli ng ee*  
*eundem*

*De hoc lege Lucianus*

¶ Ex Cilicia.

¶ Myriandros & Cilices. At in recessu. Sincerior lectio. My-  
 riandros et cilicia. In recessu & c. & infra. ¶ Tunc ingenti  
 urbe celebris issos fuit. Lego issos non issos. et infra.

¶ Pyramus isso prior. Scribendum. Pyramus isso propior. ut non multo post. sed Celenderis Sarpedoni propior. solet hoc subinde fieri a pomponio ut propinquitas distantiaq; locorū inter se constet lectori. & infra. ¶ Olim a Rhodijs argiuīsq; possessa. Videtur legendum Achiuīs non Argiuīs ex Strabone. xliij. & infra. ¶ Totus autem angustus. Scribo augustus non angustus. & infro. ¶ Interq; ea Celendris & Natidos.

Nagidos . V.  
non Agidos.  
Error inter  
pretis Strabo  
nis & Stra  
bo correctus.

Legendum Celenderis ex Strabone. Ptolemæo. Pausania. Itē Nagidos non Natidos ex Stephano & Strabone. Cuius inter pres Agidos perperam transtulit pro Nagidos. Cui tamen errori materiam suppeditavit uitiosum exemplar, in quo scriptum erat. estin Agidor, pro estin Nagidos, littera. n. quæ est prima nominis, adiuncta antecedenti uerbo estin.

Pamphilia. Caput. XIII.

De hoc legendus est Plutarchus in uita Cimonis



IN Pamphilia est Melas, nauigabilis fluiuus oppidum Sida, & alter fluiuus Eurymes don. Magna apud eum Cimonis Atheniē sum ducis aduersus Phœnicas & Persas naualis pugna, atque uictoria fuit. Mare quo pugnatum est, ex edito admodū colle

prospectat Aspendos, quam Argiui condiderant, possedere finitimi. Deinde alij duo ualidissimi fluiui. Oestros, & Catas ractes. Oestros nauigari facilis: hic, quia se præcipitat, ita dicitur. Inter eos Perga est oppidum, & Diana, quam ab oppi

do Pergeam uocant, templum. Trans eosdem mōs Sardemisos, & Phaselis a Mopso condita, finis Pamphiliæ.

Incipit a cata ractes quod est pro scripto

cata ractes



Ycia continuo, cognominata a Lyco rege Pandionis filio, atque (ut ferunt) in seclata olim Chymes ræ ignibus: Syde portu, & tauri promontorio grandem sinu claudit. Taurus ipse ab Eois littoribus exurgens, naste satis attollitur: deinde dextro latere ad septentrionem, sinistro ad meridiem uersus, it

De hoc Hero. m. eblone.

Plutarck in pata ledis mlen pre factur qd sit chymera

Stephanus ait sic appellatum aut q. antiqui ves. magnas fauicæ appellabant aut ad similitudinem qz omnes partes in cæcis sicut fauicæ De monte tauri uo eleganti nime apud Solumz folio 112. et a pud Pl. li. 5. c. 27.

in occidentem rectus & perpetuo iugo, magnarumque gentium, qua dorsum agit, terminus. Vbi terras dirimit, exit in pelagus. Idem autem & totus, ut dictus est, dicitur etiam qua spectat Orientem: deinde Hemodes & Caucasus, & Paropamisus: tñ Cassia pile, Niphates, & Armenia pylæ: & ubi iam nostra maria cõtigit, Taurus iterum. Post eius promontorium flumen est Lymira, & eodem nomine ciuitas: atque ut multa oppida, sic præter Pataram non illustra. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus, & oraculi fide Delphico simile. Ultra, Xanthus flumen, & Xanthos oppidum, mons Cragus, & quæ Lyciam finit, urbs Telmisos.

Hæmodes appellat Pto. li. 6. apud schyfasæ in aum

Caucasus ppie dictus in Lyvione bacrina auctor Pto. li. 6. et cetera unq. cur per Lyciam Pto. li. 5.

et Paropamisus ppe Arrianam ut placet Pto. li. 5. aut. 6.

*in Tex. ibi des* ¶ Syde portu. Scribendum uidetur per. i. in prima fide ex  
*fero latere ad* Stephano. Ptolemæo. Strabone. Plinio et Pomponio paulo  
*umaum molez* ante. Sed Pamphiliae fide est non Lyciae. Quapropter puto  
*referitur* hic pro fide substituendum Lyde ex ptolemæo qui ita nomi  
*ibi caspie pila* nat maritimum Lyciae oppidum. etsi in latinis ptolemæi co  
*ad mare hie* dicibus Chide scriptum sit. & infra. ¶ Idem autem & tos  
*canum suoa* fus ut dictus est dicitur etiam qua spectat orientem. Lego.  
*pium* Idem autem & taurus ut dictum est dicitur & c. & infra.  
*ibi in phates* ¶ Flumen est lymira & eodem nomine ciuitas. Scribendū  
*ad mediam par* controuersa orthographia. in prima cum. i. & in secunda cū  
*thiam suethu* Lymira ex ptolemæo Strabone. Stephano. ¶ Vi error corrip  
*camam* gendus etiam in plinio. Nec enim satis intelligo quid sibi uo  
*ibi ar mem app* fuerit Hermolaus qui e contrario quam præcepi scribat  
*la ad mariorz* hanc dictionem in quinto plini. castig. cum. y. tenui in prin  
*aw mem am* tiota in secunda Lymira. & infra. ¶ Sic præter pataram  
*ibi pataram p* non illustria. Scribo Patara non pataram. Patarorum enim  
*senpa nunc* inflectitur non patara. Similis errandi. Occasio multis græce  
*hac regione* imperitis in Arbela. Gaugamela. Abdera. & huiusmodi. Sed  
*usq. ad by thy* cui post Hermolaum non sit uenia. qui pataram & Gaugas  
*mitaz e dia* melam quasi foemina sint legit in sexto Plinij. & infra.  
*mi not q nunc* ¶ Xanthos flumen & xanthos oppidum. Lego. Xanthos flu  
*dictu Ana* me & oppidum cetera redundant. astipulate etiam plinio.  
*tolia fuetur* & supra in Pamphilia. ¶ Oestros & Cataractes. Strabo et  
*chia* Ptolemæus cestros non oestros quorum auctoritati nulla des  
bet officere etymologiae ratio. At Ptolemæus catarrhactes  
cum duobus. rr. & infra. ¶ Et quæ lyciam finit urbs Telmis  
sos. Ptolemæus cum. e. longo in penultima Telmessos. Ste  
phanus & Strabo cum. i. Omnes tamen cum duobus. ff. Tels



missos aut Telmeoffs.

Caria.

Caput.

XVI.

**C**aria sequitur. Habitatur incertæ originis. Alij indigenas: sunt qui Pelasgos: quidam cretas existimant. gens usque eo quondam armorum pugnaque amans, ut aliena etiam bella mercede agerent. Hic castella aliquot sunt: deinde promontoria duo, Pedalium et crya: et secundum Calbin amnē, Caunus oppidum, ualetudine habitantium infame. Inde ad Halicarnasson hæc adiacent, Rhodiorum aliquot Colonia, portus duo, Gelos, & cui ex urbe quam amplectitur Thissamissa cognomen est. Inter eos oppidum Larumna, & Pandion collis in mare emissus: tum tres ex ordine suus, Thymnias, Schenus, Bubessus. Thymnias promontorium Aphrodisium est: Schenus ambit Hilam: Bubessus, Cy notum: Gnidus in cornu peninsula: interque eam & cerasmicum sinum in recessu posita Euthane. Halicarnassos Argiuorum colonia est: & cur memoranda sit, præter conditorum res, Mausoleum efficit, regis Mausoli monumentum, unum de miraculis septem, Artemisia opus. Trans Halicarnasson illa sunt, littus, Leuca: urbes, Mindus, Aryanda, Neapolis: sinus, Iasus, & Basilicus. In Iasio est Bargylos.

Ex Caria

De hoc monumento qui in lev  
septem mira cula mundi me  
moratur. Di. Mareal. l. 1.

lego atq; ex  
Strab. l. 14.  
et ext. l. 10. m  
chone

unde fuit  
oriundus  
m. s. u. s. a. l. i. c. a.  
n. a. s. e. u. s.

A  
a colore sic a  
ppellata

**C**Habitatur incertæ originis. Error in ordine uerborum, & ipsa ut sentio deprauata uerba. Quæ etsi uarijs modis posse castigari, placet tamen legatur. Habitatores regionis incerti, & infra.

¶ Alij indigenas, sunt qui pelafgos. Corrigendum puto. Illi indigenas &c. hoc est ipsi Cares pradicant se autochthonas sive indigenas. Herodotus primo. His inquit non consentiunt cares sed se pradicant indigenas. & infra.

¶ Pedalium & Crya. Legendum forte Cryassos potius quam Crya ex stephano cui ciuitas est cariae Cryassos. ut a promontorio quod solet fieri nomen acceperit ciuitas. Nam Crya Lyciae est non Cariae teste stephano & Ptolemaeo. in quo uitiose leges Carya qui locus est laconiae pro Crya. & infra. ¶ Thissamissa cognomen est. scribendum reor, Tymnissus ex stephano. & infra. ¶ Inter eos oppidum larumna. Lego Hylarimna, ex eodem stephano. Mendum idem in Plinio. & infra. ¶ Tum tres ex ordine sinus Thymnias & Schenus. Legendum uidetur sine aspiratione Tymnias ab oppido Cariae Tymno stephano. Item Schoenus per. oe. diphthongon ex uulgata graeciae nomenclatura. & infra.

Locus Ptolemaei.

¶ THYMNIÆ promontorium aphodisium est. Scribo. Tymniae promontorium a phrodifias est ex plinio. V. & Liuiio. VI. de bello macedonico. & infra. ¶ Schenus ambit hilam. Legendum puto. Schoenus ambit liden ex plinio. Sic enim in eo legebatur ante castigationes Hermolai. qui ex Mela correxit in Plinio Hilam. Ego e contrario lectionem plinij defendo & Melam e plinio castigo. Herodoti auctoritate secutus, cui lide mons est cariae a quo nomen ut coniectare licet accepit et oppidum. Quid si in Pomponio et plinio nomen tro modo legendum, sed hydrela in uiroq; ex stephano & Liuiio quibus urbs est Cariae hydrela. & infra. ¶ Bubessus cynotū. Gnidus in cornu peninsulae. Castigo. Bubessus. Cyon. Tum Gnidus. &c. ex stephano, cui Cyon urbs est Cariae. Nec probo Hermolaum qui in castigationibus Plinij. Cynotū

in Pomponio

in Pomponio agnoscit, Item uidetur legendum Bubassus po Bubassus nō  
tius quam Bubesus ex Stephano & Plinio quibus bybassos Bubesus. V.  
urbs est caria. & infra. ¶ Urbes Mindus & Bargylos. Scrib Myndos. V.  
bendum Myndos cum. y. & Bargylos non Bargylos ex Strabo Bargylos.  
ne, Ptolemaeo. Stephano. & Plinio.

lesm Placet ut legatur alteram aut utramque qz hac pū  
ca erat partha in quibus parthos hac urbs erat academia  
in lomam et in Miletum i fa hie lomā  
rodot9 m dione

**D** Ost Basilicū Ionia aliquot se ambagibus sinuat  
et primum a Posidio promontorio inflexum in  
choans, cingit oraculum Apollinis, dictum olim  
Branchidae, nunc Didymi. Miletum, urbē quoniam  
dam Ioniae totius belli, pacisque artibus principem, patriam  
Thaletis astrologi & Timothei musici, & Anaximandri  
physici, aliorumq; ciuium inclytis ingenijs, merito inclytam  
utcuque Ioniam uocant urbem, Hyppin, amnis Meandri  
exitum, Latmum montem, Endymionis a Luna (ut ferunt)  
adamati fabula nobilem. Deinde rursus inflexa, cingit ur-  
bem Prienem, & Gessi fluminis ostium: moxque ut maiore  
circuitu, ita plura complectitur. Ibi est Panonium sacra res  
gio, & ob id eo nomine appellata, quod eam communiter  
Iones colunt. Ibi a fugitiuis (ut aiunt) condita (nomen famae  
annuit) Phygela. Ibi Ephesus, & Diana clarissimum tem-  
plum, quod Amazones Asia potitae consecrasse traditur. Ibi  
Castros amnis, ibi lebedos, Clarique Apollinis sanum, quod  
Manto Tiresiae filia, fugiens uictores Thebanorum Epigonos  
& Colophon, quam Mopsus eiusdem Mantus filius statuit,  
ad promontorium quo sinus clauditur, quod altera parte aliu-  
quem Smyrnaeum uocant, efficit, angustisque ceruicibus relis-  
qua extendit. Inde latius abit in peninsulae faciem, super ans-

Datum est locum fabula qz hic Endy-  
mion nocte uigil erat et obseruabat cum  
cursos luna et dies somno dabat

hic consiliuz  
accipiebant de  
rebb. gerendis  
na re publica  
Strabo li. 14.  
alios multos  
re censit qui  
hie nati fue-  
runt

hic est ille qui  
dupli com meo  
cedem ex qz  
exige bab cui  
ab dlio erat  
doctus una ut  
de docu et qd di  
cerat aliquid  
eum do cup et

De h Strabo  
li. quarta de ca  
ma

hic nati fert  
ille bias prien-  
sis qui dixit  
mea me cu por-  
to cum rex qui  
expuna ut  
parthiam suas  
illi dixisset ut  
secum p. ov  
faret res suas

gustias, hinc Teos, illinc Clazomena; & quia terga iungunt  
confinio adnere maris, diuersis frontibus diuersa maria pro  
spectant. In ipsa peninsula est Coryna. In sinu Smyrneo est  
Thermodon amnis, & urbs Lenca; extra eum, Phocis Ionie  
ultima.

## ¶ Ex Ionia.

**¶ DICTVM** olim branchide nunc Didymi. Didyma lege  
 dum genere neutro. Sic enim locus & oraculi dicitur Strabo  
 boni. Stephano. Pausania. & infra. ¶ Vt cunq; Ioniam uocant  
 urbem Hyppin. Scribendum per .i. in prima Hippin.  
 Caterum locus est ambustus, & uerbis ut suspicor diminutus.  
 Qui si non sanescet, certe meliorescet, si sic legatur. &  
 quondam insulam, nunc autem urbem, hippos. ex Strabone  
 Stephano. Plinio. & infra. ¶ Moxq; ut maiore circuitu.

Pygela. V.

Commodius ut reor legetur. Moxq; ut maior est circuitu.  
 & infra. ¶ Ibi a fugitiuis condita phygela. Sine aspiratio  
 ne Pygela. Strabo. Stephanus. Xenophon. Lilius. Suidas Etymologos.  
 Nec ignoro a Dioscoride appellari uinum phygelisten. & a plinio & alijs nominari oppidum Phygela, sed Suidas  
 hanc litteram arimit. Pygela inquit quam uulgo dicunt  
 Phygela. quasi diceret castrensi uerbo imperitorum hominum  
 & litteratura minus polita. & infra.

Phygela

Strabo l. 14.  
 sic appellata  
 a morbo phyg  
 gon quo labora  
 rantes socios  
 menalai illic  
 posuerunt  
 sedem et post  
 litera padeve  
 qz hic pompo mo  
 dicunt a phyg  
 gon sic appellata

¶ Angustisq; ceruicibus reliqua extendit. Inde latius abit  
 in peninsula faciem. Lego angustisq; ceruicibus, reliqua  
 extendens in latum, abit in peninsula faciem. & infra.

¶ Hinc Teos, illinc Clazomena, & quia terga iungunt con  
 finio adnere maris, diuersis frontibus diuersa maria prospes

Stant. Scribo, Hinc Teos, illinc Clazomena. Qua terga agni,  
 confinibus adnexe muris, diuersis frontibus &c. & infra.  
 ¶ In ipsa peninsula est Coryna in sinu Smyrneo est Ther-  
 modon amnis. Locus est ex deprauatissimis huius operis, ut  
 mirum non sit Hermolaum in eo allucinatam. plini. castig.  
 libro. y. & alios Hermolai auctoritatem secutos. Castigo.  
 In ipsa peninsula est Smyrna in sinu Hermeo. Est hermus am- Locus egregius.  
 nis. Mouet me quod prociel a uerissimi est pretermittam a Smyrna. V.  
 Mela in hoc tractu aut Smyrnam urbem celeberrimam &  
 a cunctis scriptoribus decantatam, Homeri patriam. Metro  
 polin quondam totius asiae, & si philostrato credimus in uis-  
 ta Apolloni & Aristidi in Monodia in Smyrnam pulcherr-  
 rimam omnium ciuitatum que sub caelo sunt, habita praefer-  
 tim paulo ante mentione sinus Smyrnaei, aut etiam Hermu- Hermus. fl.  
 amnem a nullo geographo silentio suppressum, in cuius los-  
 cum subrogatus est a corruptoribus Thermodon paphlagos-  
 niae longo inde spatio distans. Porro Hermeo legere mas-  
 lui quam Smyrneo, non quod me praeteriret celebrari si-  
 num Smyrnaeum a Strabone. Plinio. & paulo ante Pompos-  
 nio, sed quod puto in sinu Smyrneo contineri alium mino-  
 rem suum Hermeum dictum ab Hermo fluuio ab omni- Hermus si-  
nus Rs Smyr-  
nai.  
 bus ut dixi memorato in eum emittente a quo, & cir-  
 cuniacens campus dictus sit Hermeus, Straboni. Stephe-  
 no. Herodoto. Plinio. Nec hoc mirum quum Elaiticus si-  
 nus pars sit adramyttini Straboni. xij. & Criseus pars  
 sit Corinthiaci & si aliqui malint eundem esse criseum,  
 & Corinthiacum, & in nonnullis alijs hoc ipsum acci-  
 dat. De sinu uero Hermeo in quo sita est Smyrna, & de  
 conditore Smyrnae, & unde dicta sit Smyrna Herodotus  
 d ij

Smyrneus  
Smyrnaicus

Phocæa.V.

plenissime in uita homeri. Quem locum latinis representat  
uit elegantissimo carmine in Ambra sua Politianus noster  
uir summi ingenij & multæ eruditionis. Illud obseruandum  
ab Smyrna duci nomen gentile Smyrneus, possessiuum uero  
Smyrnaicus auctore stephano, quem si audimus Smyrnaicum  
nominabimus sinum non Smyrneum. & infra. ¶ Et Leuca.  
Lego. Est Leuca, ut figurate repetatur sæpe uerbum, est, ut  
solet pomponius. Est Smyrna. Est hermus. Est Leuca. & ins  
fra. ¶ Extra eum Phocis. Dele dictione eum ex usitato more  
Pomponij. & scribe Phocæa per diphthongon. æ. in penultis  
ma, ex Strabone. Stephano. Herodoto. Xenophonte & om  
nibus.

Aeolis. Caput. XVIII.

lege ab Æoliis.

4.

Legendum Platonem  
de legibus  
qui inquit  
tam Asiam  
manu etiam  
fuisse cuius  
si fidem ser  
uare nung  
froia capere s

**P**roxima regio, ex quo ab Æoliis incolæ cepit, Aeolis  
facta, ante Mysia, & qua Hellepontū attingit Tro  
ianis possidentibus. Troas fuit. Primam urbem a  
Myrino conditore, Myrinam uocant: sequentem Pelops stas  
tuit, uicto Oenomaos, reuersus ex Græcia: Cymen nominauit  
pulsis qui habitauerat, dux Amazonum Cyme. Supra, Caicus  
inter Eleam decurrit, & Pitane illam, quæ Archefilan tus  
lit, nihil affirmantis, Academia clarissimum antistitem. Tū  
in promotorio est Canna oppidum, quod præter uectos sinus  
excipit non paruus, sed longe ac molliter flexus, retrabens  
que paulatim oras usq; ad ima montis Idæ. Isthmos paruis  
urbibus aspersus est, quarum clarissima est Cistena. Gremio  
interiore capus Thebe nomine, Adrimition, Astyram, Eres  
sam, oppida, eodem quo dicta sunt ordine adiacentia, contis  
net. In altero latere Antandrum. Duplex causa nominis ias  
etatur: alij Ascaniū Aeneæ filium, cum ibi regnaret, captū

quæ melius dicitur  
mox

a Pelasgis, ea se redemisse commemorant: alij ab ijs putant  
conditam, quos ex Andro insula uis & seditio exegerat. Hi  
Antandrum quasi pro Andro: illi quasi pro uiro accipi uolunt.  
Sequens tractus tangit Gargara, & Asson, Aetolorum colo-  
nias. Tum sinus alter achæon limen, non longe ab Ilio  
littora incuruat, urbe, bello, excidioq; clarissima. Hic Sigæa  
fuit oppidum, hic Achiuorum fuit bellantium statio. Hic  
ab Ideo monte demissus Scamander, exit & Simois, fama  
quam natura maiora flumina. Ipse mons uetere diu arceret  
tamine, & iudicio Paridis memoratus, orientem solem alio  
ter, quam in alijs terris solet aspici, ostentat. Namq; ex sumis  
mo uertice eius speculantibus, pene a media nocte sparsi ignes  
nes passim micare, & ut lux appropinquat, ita coire, ac se  
coniungere uidentur, donec magis magisque collecti, pauciores  
res subinde, & una ad postremum flamma ardeant. Ea cum  
diu clara & incendio similis effulsit, cogit se, ac rotundat, et  
fit ingens globus. Diu is quoque grandis, & terris annexus  
apparer: deinde paulatim decrescens, & quanto decrescit,  
eo clarior: fugat nouissime noctem, & cum die iam Sol fas-  
ctus, attollitur. Extra sinum sunt Rhetæa littora, Rhetæo &  
Dardania claris urbibus: Aiacis tamen sepulchro maxime il-  
lustria. Ab his fit arctius mare, nec iam abluit terras, sed rur-  
sus diuidens angusto Helleponti freto, littus obuium findit,  
facitque ut iterum terræ, qua fluit, latera sunt.

¶ Ex Aeolide.

¶ SUPRA Caicus inter Eleam decurrit. Scribendum Elea. V.  
Eleam cum. æ. diphthongo in penultima ex Ptolemæo. Ste-  
phanò, Strabone. Cuius interpres confusus in unum duobus  
d iij

**Error inters  
pretis Strabo  
nis.**

nominibus pro Elea ciuitas diuifim ut est in exemplari graco ipse coniunctim Eleapolis male uertit. & infra. ¶ **QVÆ** Archesilan tulit. Sine aspiratione Arcesilan omnes. & infra.

**Ptolemai  
locus.**

¶ **Tum** in promotorio est Cana oppidum. Scribe uel Cane cum unico. n. numero unitatis, genere foemineo, uel Cane numero pluriam, utroq; enim modo dicitur ex Strabone. Stephano. Plinio. In græcis Ptolemai exemplaribus Cane pro Cana uitiose scriptum est. & infra. ¶ **QVÆ** clarissima est Cistena. Scribo Cisthena cum aspiratione in secunda siue

**Thebes cam  
pus nō Thebe**

Cisthene, ex Strabone & plinio. Meminit et Isocrates in Panagrico. & infra. ¶ **Campus** Thebe nomine. Scribendum Thebes non Thebe. ex Strabone. Stephano. Herodoto. Plinio. Xenophonte circa finem Ascensus Cyri & quarto græcarū historiarum. Meminit & Linius in bello Macedonico. & infra. ¶ **Admittion.** Astyram. Eressam. Lego Adramyttion per. a. in secunda & y. in tertia, & Astyra non Astyrā, est. n. neutralis generis. & Chrysam non Eressam ex Strabone & Stephano. Plinio quoq; libro quinto. Thebe inquit Astyra. Chrysa. ut uitā dū sit Hermolai error qui io Pomponio Eressam legit non Chrysa in quinto plinianarum castig. cap. xxx. Porro Adramyttion prius scribebatur cum. d. in secunda. Postea uerso in. t. dictum est Atramyttiō & sic scripsisse Thucydidem testatur eius enarrator. Mos is est atticorum ut in Entelechia & alijs uocibus græci notant grammatici qui de dialectis scripserunt. & infra. ¶ **Aetolorum colonias.** Lege Aeolum colonias ex Strabone, & si Asson a Methymoneis deductam tradat ex auctoritate Myrsili, Stephanus uero a Mityleneis ex Alexandro Cornelio præterijt hoc Hermolaum qui in quinto casti. pli. etolorum colonias in Pomponio legit non Aeolum. & infra. ¶ **Hic Sigæum fuit.** Scribe



sine diphthongo Sigeum. & non multo post, Rhoetea litto-  
ra & Rhoeteon cum. oe. diphthongo in prima ex Strabone,  
Stephano, Thucydide, Herodoto, Homero. Nec intelligo cur  
idem Hermolaus in quarto libro plini. castig. Sigeum, & in  
quinto Rhoeteum cum. a. diphthongo utrunq; in secunda  
syllaba scribat, nisi incuria sit ut credo librariorum.

scribitur  
dicitur  
in  
et  
dicitur

Bithynia. Caput. XIX.

sicut Heri et leandri et de hoc lege  
Homerum in museo

homines qui hic ha-  
bitabant venerunt  
medebantur  
vocabantur  
op huius

**T**erminus Bithyni sunt, & Mariandinei, In ora  
Graeiae urbes, Abydos, & Lampfacum, Pario, & Othracebant  
Priapos: Abydos magni quondam amoris comere-  
cio insignis est: Lampfacum Phocais appellantur  
bis nomen ex eo traxit, quod consulentibus, in quasnam  
terras potissimum tenderent, responsum erat, ubi primum  
fulsisset, ibi sedem caesserent. Tum rursus fit apertius mare  
Propontis. In id Granicus effunditur, pugna, quae primum  
inter Persas & Alexandrum fuit, nobilis. Trans amnem sea-  
det in ceruice peninsulae Cyzicum, nomen Cyzicus indidit,  
quem a Minyis imprudentibus cum Colchos peterent, fus-  
sum acie caesumque accepimus. Post Placia, & Scylace, pars  
uae Pelasgorum colonia. Quibus a tergo imminet mons  
Olympus, ut incolae vocant, Mysus: Is flumen Rhyndacum  
in ea quae sequuntur, emittit. Circa angues nascuntur im-  
manes, neque ob magnitudinem modo, sed ob id etiam mis-  
erabiles, quod ubi in alueum eius, aestus solemque fugerunt  
emergunt atque hiant: superuolantesque aues, quamuis ale-  
te & perniciter ferantur, absorbent. Trans Rhyndacum  
est Dasycylos, & quam Colophonij collocauerunt Myrlea.

quibus non  
Othracebant  
et serpen-  
tis  
vinum ut  
aut for est. A  
theneg et me  
membrum  
uerile dicit.  
priap. quia  
priap hoc est  
vinum est.  
lac veneris  
dicitur a lam  
bo melon lam  
psod est ful  
guo a leu p hu  
de hoc lege  
quod huius

Ubi circa angues, de hoc lege Pla d iij  
to impri nels dialogis

Duo sunt inde modici sinus: alter sine nomine Cion amplectitur, Phrygiae haud longe iacentis oportunissimum emporium; alter Olbianos. In promontorio fert Neptuni fanum, in gremio Astacon, a Megarensisbus conditam. Deinde prior

*Uredo legendus  
ce late ut  
sensus* res terra iterum iacent, exiturque in Pontum pelagi canalis <sup>4</sup>  
*angustior.* Enropam ab Asia stadiis quinque; determinat Thraciam <sup>4</sup>  
*cuius (ut dictum est) Bosphorus.* Iphis in faucibus oppidum, in <sup>les p6</sup>  
*ore templum est: oppidi nomen Chalcedon: auctor Archias* <sup>na n</sup>

*prig est templum  
oppidum* Megarensum princeps. Templi numen Iupiter, conditore Iasolo meguocollone. Hic iam sese ingens Pontus aperit (nisi qua promontoria sunt) <sup>do postle asia</sup> <sup>do parly meuro a</sup>  
*legit quae hirtus cetera. Sed quia contra minus, quam ad laeuam & dextram* <sup>lc q</sup>  
*abscessit, mollibus fastigijs, donec angustos utrinque; angustos faciat, inflectitur, ad formam Scythici arcus, maxime* <sup>4</sup>  
*feruens, breuis, atrox, nebulosus, & aris stationibus, non molli*  
*neque arenoso circumdatus littore, uicinus aquilonibus: &*

*quia non profundus est, fluctuosus atque feruens: olim ex comitum saeno admodum ingenio Axenus: post commercio aliarum gentium mollitis aliquatum moribus, dictus Euxinus.*  
*In eo primum Mariandynei urbem habitant, ab Argiuo ut ferunt) Hercule datam, Heraclea uocatur: id fama fidem adicit: iuxta specus est Acherusia, ad manes (ut aiunt) perueniunt, atque inde extractum Cerberum existimant.*

*leo legit q. n. est q. pmonium emu me top on*  
*qz illa terra* <sup>Ex Bithynia.</sup>

Lapsacus non CABYDOS & Lampsacum. Legendum Lampsacus Lampsacum. V non Lampsacum ex geographis omnibus gregatim praeter Plinium corre Plinium in quo idem error. Item ex Thucydide. Athenaeo. Demosthene. Apollonij quoque expositores. Lampsacos aiunt

Pityea appellabatur. Et Valerius flaccus secundo transmissaq;  
 puppi Lampfacos ogygi. Ouidius quoque primo tristium, et  
 ter uricola Lampface tuta deo. & infra. ¶ In ceruice penin- Cyzicus. V.  
 sulæ Cyzicum. Idem error cum proximo, Legedum enim Cy- nō Cyzicum.  
 zicus non Cyzicum. quod preter omnes qui de situ orbis trad-  
 erant uel Ouidij uersus illi proclamant primo tristium. atq;  
 propontiacis hærentem Cyzicon oris, Cyzicon hæmonia nob-  
 ile gentis opus, & Propertius tertio. Frigida tam multos  
 placuit tibi Cyzicus annos. Controuersus huic error in eo  
 quod non multo post sequitur. ¶ Trans Rhyndacon est Dascy- Dascyliō non  
 los. Scribendum enim Dascylian, non Dascylos, ex Strabone. Dascylos  
 Stephano. Ptolemæo. Herodoto. Xenophonte tertio hellenis- Plinij locus  
 con. Corrigendum idem uitium in Plinio. & infra. ¶ Deins  
 de priores ierræ iterum iacent. Lego obiacent ut ante mos  
 nui, & infra. ¶ Europam ab asia stadijs quinq; determinat.  
 Scio hanc lectionem strabonem habere assertorem, sed cum  
 constet Melam magnum ex professo herodoti esse depeculas-  
 torem, & plinium Melæ, Scribantq; Herodotus in Melpome-  
 ne & Plinius, non quinq; stadijs sed quattuor Bosphorum Hermolaus  
 Thracium Asiam ab Europa dirimere malo hic legere quat- reprobatur.  
 tuor stadijs quam quinq;. Neq; enim Hermolai sententiam  
 probo qui libro quinto castig. pli. ca. xxxij. Plinij lectione eme-  
 dat ex Strabone & pomponio. Ego econtrario Pomponium  
 ex Plinio & herodoto corrigendum censeo. Strabonem qui  
 diuersæ fuit opinionis ualere sinens. & infra. ¶ Templi nus- Dissentit ab  
 mem iupiter, conditore Iasone, Sic hermolaus castigauit, sed Hermolao  
 elegantior ut sentio festiuiorq; lectio erit. Templi numen iu-  
 piter, conditor Iason. Cæterum quia Hermolaus addubitat,  
 & coniectura magis quam ullius auctoris testimonio, Iason  
 ne castigauit quum ante Eiaso legeretur, fulciamus illius ca-

stigationem auctoritate alicuius Illustris scriptoris. Is est Polybius, qui in quarto scribit Iasonem e Colchide redeunte apud Chalcedonem urbem duodecim diebus primum sacrificasse. & infra. ¶ Sed quia contra minus quam ad laeuam & dextram abcessit. Scribendum puto, sed qua intrat minus, qua ad laeuam & dextram abcessit. ut sit sensus, longo rectoq; limite extentum esse pontum, sed qua intrat minus, qua uero ad laeuam & c. & infra. ¶ Breuis, atrox, nebulosus. Si hæc uerba menda uacarent, sibi ipsi repugnaret Pomponius, breuem appellando pontum quem paulo ante dixerat longo rectoq; limite extentum. Legendum igitur non breuis sed breuibus ut alibi etiam docuimus, confirmante id Ammiano Marcellino libro. xxij. Omnis inquit circumfluo ambitu pontus & nebulosus est, & dulcior æquoribus cæteris & uadosus. Facit etiam quod statim sequitur. ¶ Et quia non profundus est. Lego & qua non profundus est. & infra.

¶ Ex colentium sæuo admodum ingenio axenus. Scribo graeca terminatione Axenos ex Plinij & doctorum uulgata consuetudine & infra. ¶ Ab argiuo ut ferunt hercule datam. Legendum ductam, aut quod magis arridet deductam, ut non ita post a Thenistagora milefio deductum oppidum, & in Thracia, deinde a milefij deducta calatis.

## Paphlagonia. Caput. XX.

*P solo li 5 nomi  
nat non Demos  
thenes mibhi  
mtheos s trob hie*

**A**VM Tios oppidum, Milefiorum quidem colonia sed iam soli gentisque Paphlagonum: quorum in littoribus pene medijs, promontorium est Carambis. Citra, Parthenius amnis, urbesque Ses

famis, & Cronna, & a Citoro Phryxi filio posita Cytoros.  
 Tum Cimolis accollitur: & quæ Paphlagoniam finit, Ar-  
 mine.

¶ Ex Paphlagonia.

¶ ET a citoro Phryxi filio posita Cythoros. Aldus. & a Ci-  
 tisoro phryxi filio posita Cytoros. Scribendum quidem diuer-  
 sa orthographia, & a Cytissor Phryxi filio posita Cytoros  
 ex Herodoto qui Cytissoron phryxi filium appellat, & Apol-  
 lonio rhodio eiusq; interpretibus libro secundo Cytissoron  
 etiam nominantibus. Sed quia in apollonij scriptis emendas-  
 t;sq; codicibus Cytoros legitur non Cytissoros, & item Stras-  
 bo & Stephanus Cytoros enuncient, inclinatur animus ut cy-  
 toro hic legatur potius quam Cytissoro. Stephanus addita-  
 d. Cydtoros profert nec alius. & infra. ¶ Tum Cimolis ac-  
 colitur. Aldus. Tum Cinobus & Coliris. Hermolaus castis-  
 gavit Tum Cimolis accolitur. Nos legendum putamus, Tu-  
 Cinolis, Anticinolis ex Strabone & Arriano in periplo. &  
 infra. ¶ Et quæ Paphlagoniam finit Armine. Scriben-  
 dum cum aspiratione in prima & e. breui in

Contra Her-  
 molaum.

penultima Harmene, ex Strabone. Ptolemæo  
 et Arriano quamuis Ptolemæus sine aspira-  
 tiõe scribit. Hermolaus autem qui Armis-  
 ne agnoscit cum. i. in secunda, ubi id le-  
 gerit ipse uiderit. Ptolemæus certe

Armine cons-  
 tra hermolañ

quem aduocat tam græcus quã  
 latinus item Stephas  
 nus Armine legunt  
 sine aspiratiõe.



Galybes proximi clarissimas habent Amis-  
son, & Synopen, Cynici Diogenis patriam,  
amnes Halyn, & Thermodonta. Secundam  
Halyn urbs est Lycasto: a Thermodonte cas-  
pus, in eo fuit Themiscyrum oppidum: sue-  
re & Amazonum castra: ideo Amazonum

¶ Hæc late se uocant. Tibareni Chalybas attingunt, quibus in risu lusuq;  
quætur Strab sumnum bonum est. Ultra Carabin Mossynæci, turres ligneas  
lib. II. subeunt, notis corpus omne persignant, propatulo uescuntur,  
mossym in codi- promiscue concumbunt: et palam reges suffragio deligunt,  
ce uetere uinculisque & arctissima custodia tenent: atque ubi culpam  
leo putat illa praeue imperando meruere, inedia diei totius afficiunt. Cæs-  
dud vba diei terum asperi, inculti, pernoxij appulsis. Deinde minus feri, ue-  
tohis redunda rum & hi inconditis moribus, Macrocephali, Discheri, Bus-  
re et excusat xedi. Raræ urbes, Cerasus & Trapezus maxime illustres.  
Pompomum ab errore Inde is locus est, ubi finem ductus a Bosphoro tractus accipit  
atque inde se in sinu aduersi littoris flexu attollens, angusti-  
sum Pontis facit angulum. Hic sunt Colchi. Hinc Phasis  
erumpit. Hic eodem nomine, quo amnis est, atheniastagora,  
Milesio deductum oppidum. Hic Phryxi templum, & lucus,  
fabula uetere pellis aurea nobilis. Hinc orti montes, longo  
se in go, & donec Riphæis coniungantur, exporrigunt: qui  
altera parte, in Euxinum, Mæotida, & Tanaim: altera, in  
Caspium pelagus obuersi, Ceraunij dicuntur. Idem aliubi Tan-  
rici, Moschi, Amazonici, Caspij, Coraxici, Caucasij, ut alijs az-  
lijsq; appositis gentibus, ita alijs alijsq; dicti nominibus. At in  
primo flexu iam curui littoris oppidum est, quod Græci mer-  
catores constituisse, & quia cum cæca tempestate ageretur

ignaris quæ terra esset, Cygni uox notam dederat, Cygnum  
 appellasse dicuntur. Reliqua eius feræ incultæque gentes, ua-  
 sto mari assidentes tenent, Melanchlæni: terrestria, Sex solita  
 Coraxi, Phthirographi, Heniochi, Achæi Cercetici. Etiam in  
 confinia Mæotidis Syndones. In Heniochorum finibus, Dios-  
 curias, a Castore & polluce pontum cum Iasone ingressus:  
 Syndos, in Syndonum ab ipsis terrarum cultoribus condita est:  
 Obliqua tunc regio, & in latum modice patens, inter Pontum  
 paludemque ad Bosphorum excurrit, quæ duobus alueis in  
 lacum & in mare profluens, Corocondamam peninsulam  
 reddit. Quatuor urbes ibi sunt, Hermonassa, Cepæ, Phanago-  
 ria, & in ipso ore, Cimmericum. Hac ingressos lacus accipit  
 longe lateque diffusus, quæ terras tangit, incuruo circundas-  
 tus littore: quæ mari propior est (nisi ubi aperitur) quasi mar-  
 gine obductus, citra magnitudinem, prope Ponto similis.  
 Oram quæ a Bosphoro ad Tanain usque deflectitur, Mæoticæ  
 incolunt. Toreatæ, Arrichi, Phicores, & ostio fluminis proxi-  
 mi Taxamathæ. Apud eos easdem artes feminae, quas uiri,  
 exercent, adeo, ut ne militia quidem uacent. Viri pedibus in-  
 hærent, sagittisque depugnant: illæ equestre prælium ineunt.  
 Nec ferro dimicant, sed quos laqueis interceptere, trahendo  
 faciunt. Nubunt tamen, uerum ut nubiles habeantur, non  
 in ætate modus est: nisi quæ hostem interemere, uirgines ma-  
 nent. Ipse Tanais ex Rhiphæo monte deiectus, adeo præcep-  
 sruit, ut cum uicina flumina, tum Mæotis & Bosphorus, tum  
 Ponti aliqua brumali rigore durentur, solus æstus hyememq;  
 iuxta ferens, idem semper, & sublimis, incitatusque decura-  
 rat. Ripas eius Sauromatæ, & ripis hærentia possident. Una  
 gens, aliquot populi, & aliquot nomina. Primi Mæotici ge-  
 necocratumenoe, regna Amazonum. Fecundos pabulo,  
 ita uocati & imperantur  
 à mulieribus

Tege qua 3

Di cun fur  
 a sauro qde  
 la certa qz  
 habent oculi  
 La cet tra

adde nomades dicuntur ano  
 mas. dos. qd est pasco ita Aris

*ita vocati qz uehunt curribz.* ad alia steriles nudos que campos tenent. Budini, Geloni in-  
bem ligneam habitant, iuxta, Thyrsagetæ Turcæque, vastas  
sylvas occupant, alunturque uenando. Tum continuis rupi-  
bus, late aspera & deserta regio, ad Arymphaeos usque per-  
mittitur, His iustissimi mores, Pro domibus nemora, alimē

*hoc est caluarie mons hie fa-  
pue ri geum  
chi sunt cal-  
ui ita hie  
in melpomene* ra bacca, & maribus & feminis nuda sunt capita, Sacri ita  
que habentur, adeoque ipsos nemo de tam feris gentibus  
uiolat, ut alijs quoque ad eos confugisse, pro Asylo sit, Ultra  
surgit mons Riphæus, ultraque enim iacet ora, qua spectat  
oceanum,

Ex titulo Chalibes.

SECUNDVM Halyn urbs est lycasto. Plinius Lycas-  
stum in sexto. Interpretes Apollonijs in secundo Lycastia,  
tres fuisse scribentes Amazonum urbes ad amnem Thermos-  
dontem, Lycastiam, Themiscyram, Chalybiam, & infra.

*Themiscyrū  
promontoriū* IN eo fuit oppidum Themiscyrum. Scribe Themiscyri a  
non Themiscyrum ex Strabone, Stephano, Ptolemæo, Herod-  
doro, Plinio, Habetur nihilominus Themiscyrum, sed promon-  
torium non urbs apollonijs enarratoribus in secundo, & in-  
fra. Ideo Amazonum uocant, Sensus est, Post amnem  
Thermodontem esse campum in quo fuit Themiscyri oppis-  
dum & Amazonum castra, unde campus ipse dictus sit  
*Amazonum  
campus* Amazonum, Confirmat hoc Appianus libro mithridatico,  
quicumque inquit circa Thermodontem fluumiam terram in-  
colunt quæ Amazonum appellatur, Strabo quoque, undeci-  
mo tradit Themiscyram camposque thermodonti proximos  
aque imminentes montes Amazonum dictos esse. Nam si



Amazonium admitteretur, putarem eam dictionem ad Aeo-  
lidis Cymen magis pertinere, quae dicta est alio nomine A-  
mazonium auctore Stephano, & infra.

¶ Ultra Carambin Mossynoeci, Arrianus in periplo Caras-  
bin profert non Carambin. Item scribendum Mossynoeci  
cum uno, s. & correpta prima ex Strabone, Stephano, Hes-  
rodoto, Stobaeo, Quod si aliquando cum duplici inuenitur ap-  
ud Apollonium, Valerium ne flaccum aut alios poetas, in  
re suo illi utuntur ratione syllaba, fugit hoc Hermolaum  
qui in sexto pli. cum duplici, ss. semper scribit Mossynoeci, &  
infra. ¶ Inedia diei totius afficiunt. Da ueniam queso his  
mane lector, libet enim hic tantillum considerare, Non est can-  
tandum, res breuis agitur, Aestimemusque an ius nobis ali-  
quod siue ciuile seu honorarium competat aduersus nostrum  
Melam, Videtur enim (quod cum bona uenia tanti uiri di-  
ctum sit) non percepisse mentem apollonij rhodij quem hoc  
loco transtulit, Verba Apollonij quoniam librarij nostri grae-  
cis formis carebant latine subtexam, sed cum fide, Miser  
inquit (in secundo libro de Mossynoecorum rege loquens)  
Nam si in iure dicundo quippiam peccauerit ad famem illo  
die includentes habent, Mela uerba illa, ad famem illo die,  
pro illius diei accepit. At Apollonij enarratores contra in-  
telligunt, eo ipso die quo contra ius pronunciauerit, in cars-  
cerem trudi, quoad fame pereat, Citantque suae expositio-  
nis assertores Ephorum & Nymphodorum. Adde ego Astis-  
pulari interpretibus apollonij Nicolaum de moribus gens-  
tium referente Ioanne Stobaeo, & infra.

¶ DISCHERI. Buxedi. Lego Bechires, Buzeres, ex  
omnibus geographis, historicis & poetis, quibus citandis

Error Melae  
nō perceptis  
uerbis Apol-  
lonij Rhodij

subinde super sedeo, fastidio parcens. & infra. **C**Atq; inde se  
 in sinu aduersi littoris flexu attollens. Castigandum puto. atq;  
 q; inde se in summum aduersi littoris flexum attollens. & in  
 fra. **C**Hic sunt Colchi. Hinc Phasis erumpit. Lego. Hic Phas  
 sis erumpit, ut sit tritū dictionis schema Melæ maxime. Hic  
 Colchi. Hic Phasis. Hic oppidum. Hic Phryxi templum. Hic  
 orti montes. & infra. **C**A Thenistagora milesio. Scribo The  
 mistagora ex Herodoto, apud quem frequens eius mentio. &  
 infra. **C**Coraxici. Caucasii. Legendum Caucasij. Nemo aliz  
 ter. & infra. **C**Ignaris quæ terra esset. Melius. ignaris qua  
 terra esset. & infra. **C**Terrestria. Sex solitæ. Voces sine dus  
 bio barbaræ, quas expositionis gratia super litteratas totis  
 dem positas, aut alias forte ab errone, scilicet aliquo & pere  
 grinatore indocto adiectas, indoctior librarius pro legitimis  
 habuit, reiectis ueris ac litteratis. Quæ temeritas maximas  
 doctissimis etiam uiris tenebras offudit, uestigantibus per  
 summos labores quæ inuestigari nequeunt. Has inquam duas  
 uoces in tabulis ptolemæi quas modernas appellant inueni,  
 ubi describitur litus sinistrum ponti euximi. Quin & Trito  
 nicen legi de qua infra Melæ in Initijs thracis. & infra.  
**C**Achæi. Cercetici. Lego. Cercetæ non Cercetici ex Strabo  
 ne, Ptolemæo, Plinio, Marcellino. Meminit & Alexandrinus  
 Hesihius, in quo uitiose scriptum est. Cercetæ gens indica  
 pro gens Scythica. Dionysius Byzantius Cercetios nominat,  
 Nam Cerceticus possessiuum potius est quam gentile nomē,  
 unde Cerceticus portus Ptolemæo. & infra. **C**Etiam in con  
 finia mæotidis syndones. Videtur scribendū distincte, & iam  
 in confinio Mæotidis findi cum. i. Sindi enim nō syndones sunt  
 Straboni, Stephano, Marcellino, Trogo pompeio, Valerio flac  
 co, Degeneresq; inquit ruunt findi glomerantq; paterno cri  
 mine

mine nunc etiam metuentes uerbera turmas. & infra.

¶ **Syndos** in **Syndonum** finibus. Legendum ut dixi **Sindorum** non **Syndonum**. Præterea **Sindicus** portus redditur in hoc tra-  
 ctu a **Ptolemæo** & **Sinda uicus** non **Syndos**. **Strabo** quoq; **Sin-  
 dicum** portum & ciuitatem celebrat. Necnon & **Plinius**  
**Sindicam** ciuitatem. & infra. ¶ **Quam** duobus **alueis** in la-  
 cum & in mare profluens **corocondama** pene insulam red-  
 dit. Sic **Aldi** præferunt exemplaria, propius ueritatem. Et mi-  
 nus adhuc mendose, legeretur, **Corocondama** palus insulam  
 reddit. Caterum locus est corrosus & **mancus** multisq; uer-  
 bis apertissime cassus. Potest autem iactura resarciri ex **Strabo**  
 bone nunquam satis laudato scriptore si ad hunc modum les-  
 gatur. quam duobus **alueis**, altero **Anticites** amnis in lacum resartus.  
 profluens **Corocondametin**, altero lacus ipse in mare penins-  
 ulam reddunt. Alioquin non fit mihi uerisimile aquas **coro-  
 condametidis** lacus ita esse libratas, ut quod uidentur signifi-  
 care uerba auctoris, altero **alueo** profluant in **Mæotidem**, al-  
 tero in **pontum**. quod tamen ipsum si fieret, non iam esset pe-  
 ninsula ut uult **Mela**, sed iusta insula. De lacu uero **Corocondamete**  
**Stephanus** & **Strabo**. Cuius uerba precium operis legis lacus.  
 ræ legentium absoluent, totam enim hanc controuersiam dis-  
 rimere uidentur. **Plinius** etiã de hac peninsula in sexto, quã  
 ipse **Eionem** nominat. & infra. ¶ **Nisi** ubi aperitur. Scriben-  
 dum puto nisi ubi aperit os, ut alibi de sinu **caspio**, inter **as-  
 mardos** & **Pasificas** os aperit. & infra. ¶ **Toretæ**. **Arrichi**.  
**Phicores**. **Toretæ** non **Toretæ**. **Stephanus**. **Dionysius**. **Ptole-  
 mæus**. Cui **Toretice** promontorium est a **Toretis** nimirum  
 gente. At **Strabo** in undecimo **Toretæ** profert. Item **Ptole-  
 mæus** cum uno tantum. r. **Arichi**. At **Strabo**. **Stephanus**. **Pli-  
 nius** **Arrhechi** p duplex & penultima producta, ut si in **Strabo**

bone etiam græco cum. i. in penultima mendose legatur ut docet Stephanus, qui arrhechi in strabone legit penultima producta. Phycori uero Plinio in sexto gens maotica est, sed Codex scriptus Phycori habet. Romana exemplaria Phyceres. & infra. ¶ Et ostio fluminis proximi Iaxamatha. Scribendum sine ulla aspiratione Iaxamata ex Ptolemeo. Plinio. Marcellino. & infra. ¶ Regna Amazonum. Plinius connubia Amazonum. & infra. ¶ Fœcundos pabulo ad alia steriles nudosq; campos tenent Budini, Geloni urbem ligneam habitant. Nullo modo procedit hæc lectio. Nam heros dotus a quo omnia hæc hausit Mela contraria omnino de Budinis prodit, regionem habitare omni genere arborum frequentem. Puto ergo desiderari in hoc loco uerbum Nomades communi iam & in sanabili librorum omnium peste. Nam de Scythis nomadibus herodotus scribit quod hic Mela Budinis accommodat, neque arare, neque serere sed terram habitare omni arbore nudam, Legatur igitur meo periculo sic. Nomades fœcundos pabulo, ad alia steriles nudosque campos tenent, Budini Gelonon urbem ligneam habitant, ex Herodoto in Melpomene ad uerbum. Lege, deinde pronuncia. & infra. ¶ Iuxta thyrsageta Turca que. Lego Thyssageta, Iurcaque. ex Herodoto in Melpomene. Cui Iyrca sunt non Turca. Idem uerbum in Plinio, apud quem tamen nulla ratione Hermolaus Turca agnoscit. Thyssagetas Valerius flaccus. Thyrsagetas nominat, Stephanus esse Turcas cum Herodoto Thyssagetas, & infra.

¶ Ad Arymphaos usque permittitur. Lego Argippæos cum sed Iurcas scythia: populos. i. in secunda & duplici. pp. et. a. diphthongo! in penultima ex Herodoto in Melpomene, & si Hermolaus Arymphaos defendat apud Plinium ex Solini auctoritate, malitque plis

Locus egregie castigatus.

nium castigare ex minutulis sordidisque auctoribus superq;  
 latinis, quam ex Herodoto græco, illustri & antiquissimo hi  
 storico, apud quem credibile magis est resedisse uera gentiũ  
 & locorum nomina quam apud latinos præsertim ignobilis  
 les in superque innumeris mendis deformatos, usque adeo  
 ut ab ipsis qui composuerunt si reuiscerent opera  
 sua agnosci nequirent. Zenobius hos Orgepeos  
 appellat. Plinius scriptus eodem prope  
 quo Herodotus modo Argem  
 pheos ostentat.

¶ Finis liber primus.

c ij

# Pomponij Belae De Situ orbis.

## Liber Secundus.

Scythia Europea. Caput. I.



SIAE IN NOS  
strum mare Tanain  
que uergentis, quem  
dixi, finis ac situs est  
At per eundem ans  
nem in Mæotida re  
meantibus, ad dex  
trâ Europa est, mos  
do sinistro latere in  
nauigantium oppos  
sita, ac Rhiphaeis mō  
tibus (nam & huc  
illi pertinent) proxi  
ma. Cadentes assis

*Scribe cum li*  
*stera mirus cu*  
*ela*  
*Dites dicuntur*  
*aut qz diuicia dan*  
*adeo plutone*  
*aut qz ab illo*  
*efoditun fur*  
due nives adeo inuia efficiunt, ut ultra ne uisum quidem ins  
tendentium admittant. Deinde est regio ditis admodum soli  
inhabitabilis tamen: quia Gryphi ferum & pertinax feras  
rum genus, aurum terra penitus egestum mire amant, mire  
que custodiunt, & sunt infesti attingentibus. Hominum pri  
mi sunt Scythæ, Scytharumque, queis singuli oculi esse dicun  
tur, Arimaspi. Abeis Essedones usque ad Mæotida. Huius fies  
zum Buges amnis secat. Agatyrsi & Sauromatæ ambiunt

*Dicuntur ab Arimas qd lingua scy  
thia est oculus et spu vni qz tanitum  
vnum oculum habent*

quia pro sedibus plaustra habet, dicti Hamaxobitæ. Obliqua  
 tunc ad Bosphorum plaga excurrens, Ponto ac Mæotide inclu  
 ditur. In paludem uergentia Satarchæ tenent. In Bosphorum  
 Cimmericum oppida, Myrmecion, Panticapeum, Theodosia  
 Hermisum. In Euxinum mare, Taurici. super eos, sinus poro  
 tuosus, & ideo calos limen appellatus, promontorijs duobus  
 includitur. Alterum criu metopon uocant, Carambi  
 co, quod in Asiadiximus, patet aduersum: Parthenion alteru  
 Oppidum adiacet Cherronesus, a Diana (sic redatur) conditū,  
 & Nymphæo specu, quod in arce eius Nymphis sacratū est,  
 maxime illustre. Subit tum ripam mare, & donec quinque  
 milia passuum absit a Mæotide, re fugientia usque subsequens  
 littora, quæ Satarchæ & Taurici tenent, peninsulam reddit.  
 Quod inter paludem & sinum est, Taphræ nominatur: sinus,  
 Carcinites. In eo urbs est Carcine, quæ duo flumina, Gerrus  
 & Hypacryis, uno ostio effluentia attingunt: uerum diuersis  
 fontibus, & aliunde delapsi. Nam Gerros inter Basilidas  
 Nomadas euoluitur. Syluæ deinde sunt, quas maximas hæter  
 ræ ferunt, & Panticapes, qui Nomada: Georgosque disters  
 minat. Terra tum longe distenta excedens, tenui radice litto  
 ri adnectitur: post spatiosa modice, paulatim se ipsa fastigiat  
 & quasi in mucronem longa colligens latera, facie positi en  
 sis allecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus  
 ibi ludrico certamine celebrasse uictoriam, et cum ab armis  
 quies erat, se ac suos cursu exercitauisse memoratur: ideo dis  
 cta est Dromos achileos. Tum Borysthenes gentem sui nos  
 minis abluit, inter Scythiæ annes amœnissimus, turbidis as  
 lijs, liquidissimus defluit, placidior quam ceteri, potariq; pul  
 cherrimus. Alit lætissima pabula, magnosque pisces, quibus  
 & optimus sapor, & nulla ossa sunt: longe uenit, ignotiq;

hoc est bono  
 por tus  
 frons ar uis  
 Stephanus appe  
 llat hanc in  
 sulam et lege  
 huius dis crep  
 nem apud Tho  
 lo. li. 6. fol. 136.  
 et apud Pala  
 mam

lo. fol.  
 106.

1. fossa quæ ser  
 uat fecerunt  
 ad versus do  
 minos bellabat  
 cum habuisset  
 rem cum uxo  
 ribus Domino  
 rum suorum



e iij

ortus e fontibus, quadraginta dierum iter alueo stringit, tan-  
toque spatio nauigabilis, secundum Borysthenida & Olbida  
Græca oppida egreditur. Callipidas Hypanis includit, ex  
grandi palude oritur, quam Matrem eius, accolæ appellant:  
& diu qualis natus est defluit. Tandem non longe a mari, ex  
paruo fonte, cui Exampeo cognomen est, adeo amaras aquas  
accipit, ut ipse quoque iam sui dissimilis, & non dulcis hinc  
defluat. Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasq; descen-  
dit. Hos ab Istricis Tyra separat, surgit in Neuris: quæ exit,  
sui nominis oppidum attingit. At ille qui Scythiæ populos a  
sequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quæ  
defluit nomine exoritur. Nam per immania magnarum gen-  
tium diu Danubius est: deinde aliter appellantis accolis,  
Ister fit, acceptisque aliquot annibus, ingens iam, & eorū  
qui in nostrum mare decidunt, tantum Nilo minor, totidem  
quot ille ostijs, sed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus,  
effluit. Ingenia cultusque gentium differunt. Essedones sunt  
ra parentum lati, & uictimis, ac festo coitu familiarium ce-  
lebrant. Corpora ipsa laniata, & cæsis pecorum uisceribus  
immixta, epulando consumunt. Capita ubi fabre expoliuere,  
auro cinctæ pro poculis gerunt. Hæc sunt apud eos ipsos pie

unde & quilibet tatis ultima officia. Agathyrsi ora autusque pingunt: ut quis  
victiq; agathyr- que maioribus præstant, ita magis uel minus: cæterum ipsi  
dem omnes notis, & sic ut ablui nequeant. Sarmatæ aurum  
& argenti, maximarum pestium ignari, uice rerum com-  
mercia exercent. Atque ob seua hyemis admodum assidue,  
demersis in humi sedibus, specus aut suffosa habitant, totū

Deh<sup>o</sup> lege Dic<sup>o</sup> braccati corpus: & nisi qua uident, etiam ora uestiti. Tauri  
Iphigeniæ & Orestis aduētū maxime memorati, immanes  
sunt moribus, immanemque famam habet, solere pro uicti

Demina. Nihil horum populorū  
lege Aristu. li. 6. et hi con



nis aduenas cedere. Basilidis ab Hercule & Echidna genes  
 ris, principia sunt: mores regii, arma tantum sagittæ. Vagi  
 Nomades, pecorum pabula sequuntur, atque ut illa pecorū  
 durant, ita diu statim sedem agunt. Colunt Georgi, exercent  
 que agros. Axiacæ furari quid sit, ignorant: ideoque nec sua  
 custodiunt, nec aliena contingunt. Interius habitantium ris  
 tus asperior, & incultior regio est. Bella cadetque amant,  
 mosque est bellantibus, cruorem eius, quem primum intere  
 merunt, ipsis e uulneribus ebibere. Ut quisque plures intere  
 merit, ita apud eos habetur eximius. Ceterum expertem esse  
 se cædis, inter opprobria uel maximum est. Ne fœdera quis  
 dem incruenta sunt: sauciant se qui paciscuntur, exemptum  
 que sanguinem, ubi permiscuere, degustant: id putant mans  
 suræ fidei pignus certissimum. Inter epulas, quot quisque in  
 terfecerit referre, latissima & frequentissima mentio: binis  
 que poculis, qui plurimos retulere, per potatis interlocutur:  
 Is honos præcipuus est. Pocula ut Essedones parentum, ita  
 inimicissimorum capitibus expoliunt. Apud Anthropophas  
 gos ipsæ etiam epulæ uisceribus humanis apparantur. Gelo  
 ni hostium cutibus equos, seque uelant: illos reliqui corporis  
 se capitum. Melanchlænis atra uestis, & ex ea nomen. Neus  
 ris statim singulis tempus est, quo si uelint, in lupos, iterum  
 que in eos qui fuere, mutantur. Mars omnium deus: ei pro  
 simulachris enses & rêtoria dedicant, hominesque pro uicti  
 nis feriant. Terræ late patent, & ob excedentia ripas suas  
 plerunque flumina, nusquam non ad pabula fertiles:

alicubi usque adeo steriles ad cætera, ut  
 qui habitant, lignorum egens  
 tes, ignes ossibus  
 alant.

TEX LIBRO SECUNDO EX  
SCYTHIA EUROPEA.



**I**T VLTRA NE VISVM QVI  
dem intendunt admittant. Legone ui  
sum quidem incessum ue admittant, ex  
Herodoto euidentissime in Melpomene. et  
infra. ¶ Quia gryphi saeuum & pertinax

ferarum genus. Herodotus libro proxime citato grypas apo  
pellat quinta inflexione. Latini addita aspiratiōe gryphas no  
minant, sicq; in plinio legendum libro septimo presertim cū  
Herodotum citet, a quo ut dissentiret in flexu nominis, nulla  
erat causa. & infra. ¶ Et sunt infesti attingentibus. Duæ  
prior es dictiones ociosa. & infra. ¶ Ab eis Essedones. Heros  
dotus Issedones. Item Stephanus, qui ab Alcmae nominari  
ait Assedonas nec ab alio. Inueniri etiam cum. e. correpta in  
secunda, nec deesse qui uocent Issidos. Ptolemæus cum Heros  
doto Issedones. & infra. ¶ In paludem uergentia Satarchæ  
tenet. Scribendum uidetur. In pontum uergentia non in pas  
ludem, quia subdit paulo post, refugientia usq; subsequens lit  
tora quæ Satarchæ & Taurici tenent. Sed tolerari potest. pa  
ludem. Nam angustam illam ceruicem seu isthmum inter sis  
nam Carcinitem & mæotin, attingentem utrumq; mare,  
qui uocatur Taphræ (ut paulo post subiungit) Satarchæ has  
bitant auctore Stephano in dictione Taphræ. Quare in quar

Plinij insignis to Plinij libro ubi ait Tauricæ populos claudi ab occidente  
locus.

Cherrhōneso, ab ortu Scythis Satarchis corrigendus est mens  
Error pudens dosissimus locus, legendumq; non ab ortu Scythis Satarchis,  
dus Hermos sed habitata Scythis Satarchis. Pudendo Hermolai errore,  
lai, qui ait non in totum displicere sibi priorem lectionem, quum

in uniuerso terrarum situ nihil pronunciarī possit absurdius quam Tauricam claudi ab oriente Scythis Satarchis. Ceterū libuit hic testari me ab Hermolao quotiens occurrit libere dissentire, non ut detractam ei uelim hærentem capiti cum multa laude coronam, a qua re semper mores mei abhorruerunt, sed honorandæ ueritatis causa. Cuius dignitas apud hominem uere philosophum hoc est qui bona fide sapientiam colat quam ceteræ omnes rationes præponderare debet. Nec committendum fuit ut quæ falso tradita sunt ab homine quantumuis docto sed qui in omnibus collimare non potuerit, credulo lectori imponerent. Sed ut ad rem redeam. Stephanus Satarchæos appellat nisi mendosus sit codex. Ptolemæus Satarchæos. Valerius flaccus Satarchas. In græcis Ptolemaei exemplaribus mendose ut reor Sartache oppidum scriptum est pro Satarche quod & latini codices coarguunt. & Satarchæ infra. ¶ In Bosphorum cimmericū oppida. Aldus. In Bosphorum Cimmerica oppida, rectius puto, ut sit a cimmericis possessa conditaue. Verba sunt Scrabonis libro undecimo. Nam Cimmerici olim potentiam in Bosphoro maximam habuere, unde & Cimmericus Bosphorus appellatus est. Hi sunt qui ad ponti dextram mediterraneam regionem habitantes usque in Ioniam excurrerant. Sed super omnia placet legatur. In Bosphorum Cimmerici, quorum oppida &c. ut tres diuersas tauricæ partes, tribus populis assignet. Vergentem in paludem Satarchis, In Bosphorum Cimmericis, In euxinum Tauricis. Nam & Ptolemæo oppidum est in mediterraneo Tauricæ Cimmericum. & infra. ¶ Carambico quod in asia diximus patet aduersum. Castigo. Carambico quod in asia diximus parte, aduersum. ut Plinius tum alibi tum in sexto, et ex aduerso in asia parte macrobij. & infra. ¶ Subitum

Satarchæi

Satarchæi

Satarchæ

Cimmericorum  
potentia.

ripam mare. Admonendum duxi lectorem, appellari ripas a Mela, littora quæ recta tendunt, nec ullis sinibus inflexa curu  
 Ripa quo fig<sup>s</sup> ua ue sunt, a similitudine riparum in fluuijs qui in terram  
 nificatu ap<sup>d</sup> non excurrunt. ut libro tertio de Lusitania, frons illa aliquas  
 Pomponium diu rectam ripam agit. & in eodem libro de gadibus, eaque  
 angusto spacio & ueluti flumine a continenti abscissa, qua  
 terris propior est pene rectam ripam agit. & in India. Pri  
 mo recedentis oras aequaliter impellit, & ut non intret alis  
 quantum patens sinus erat, sed quas ripas influxerat bis ir  
 rumpit. & de ora exteriori africa. Vasta omnia, uastis præcisa  
 montibus, ripa potius quam littora. & infra. ¶ Taphræ no  
 minatur. Ptolemæus Taphros, Stephanus numero & unius  
 & plurium Taphre & Taphræ. Herodotus in quarto Tas  
 phros cum Ptolemæo. Cum sit igitur Mela tam constans He  
 rodoti affectator, ut nihil quod possit nõ ab illo desumat, mal  
 lem hic legeretur Taphros quam alio modo. & infra.

Resarcitur ia  
 ctura uerbor  
 rum.

Hermolai Al  
 lucinatio.

¶ Nam gerros inter Baslidas & nomadas euoluitur. Duos  
 promisit, alterum tantum fluuium reddidit. Apparet igitur  
 locum esse truncatum, et uerba omissa librarij indiligentia.  
 Resarcietur tamen ex Herodoto in quarto, et Plinio item in  
 quarto, Cuius uerba ex capite. xij. subiici. Nam gerrhos Bas  
 filidas & nomadas separat, Hypacyris per nomadas & Hys  
 leos fluit. Hypacyris enim legendum in Plinio non Hypanis,  
 quod Hermolaus non uidit. Constabit hoc aperte conferenti  
 Herodotum cum Plinio & Pomponio. Illud addo Gerron cũ  
 duplici. rr. scribi Stephano. Herodoto. Plinio. Melæ cum uno  
 tantum Ptolemæo & Valerio flaco. Hypacyrin autem Hypa  
 carin aliquando Herodotus nominat si mendum non est in  
 exemplari. & infra. ¶ Terra tum longe distenta excedens te  
 nui radice littori adnectitur. Verbum excedens. uidetur esse

superuacuum. & infra. ¶ Secundum Borysthenida & Olbia  
 da græca oppida egreditur. Lego. secundum Borysthenida, Ol  
 biam, græcum oppidum egreditur. ex Ptolemæo cui Borysthe Borysthenis.  
 nis & Olbia idem oppidum est. Coniungit autem Mela duo V. Olbia  
 eiusdem oppidi nomina, nulla interiecta aut copula, aut dis  
 iunctione, peculiari quodam more, quem nonnunquam ab eo  
 seruari obseruavi, Notabiturq; cum usus poscet. Caterū Stra  
 bo. Stephanus. Plinius Borysthenem urbem non Borysthenis  
 da appellant, quæ & Olbia dicta sit & Olbiopolis, condita a  
 Milesijs, ideoq; Miletopolis etiam appellata. Hermolaus men  
 dosa hæc Mela uerba pro sinceris citat, in plinianis castigatio  
 nibus. & infra. ¶ Et quam matrem, eius accolæ appellant.  
 Ita legendum ut uerbum eius superioribus adiungatur non  
 inferioribus intelligasque paludem matrem Hypanis uocas  
 ri. ex Herodoto in Melpomene. & infra. ¶ Cui Exampeo cog Hexampæos.  
 nomen est. Herodotus modo Hexampæon cum aspiratione in fons  
 prima & per. æ. diphthongon in tertia, modo sine utroque Amaxæpeos  
 Amaxampeon. in Melpomene. & infra. ¶ Intra Callipidas  
 Axiacasque descendit. Rectius legetur inter Callipidas & c.  
 & infra. ¶ Hos ab Istricis Tyra separat. Lego. Hos ab Istrijs  
 Tyra separat. Nam ab istro urbe Thraciæ quæ ab alijs Istros  
 polis, ab Arriano in periplo Istria dicitur Istrius gentile nos  
 men deducitur auctore Stephano, Ab istria autem Istrianus.  
 Est & in Ionio gens Istri, a qua possessiuum nomen fit istris  
 cus eidem. & infra. ¶ Apertis in germania fontibus, alio  
 quam desinit nomine exoritur. Disspicendum an legi potius  
 debeat. Abnoba germaniæ monte, alio quam desinit & c. ex  
 Plinio quarto. Ruffus festus in translatione Dionysij. Abnoba  
 mons Istro pater est, Cadit Abnobæ hiatu flumē, in æoos aus  
 tē cōuertitur axes. Meminit quoq; Ptolemæus Abnobæ que  
 pse Annob. i nomin. ut. & infra.

¶ **A**uro cincta pro poculis gerunt. Legendum uidetur, pro  
econculis gerunt, Ex Herodoto in Melpomene non longe a  
principio. & infra. ¶ **H**æc sunt apud eos ipsos pietatis ultio  
ma officia. Melius. Hæc sunt apud eos ipsius pietatis ultima  
officia. & infra. ¶ **S**armatæ auri & argenti maximam  
pestium ignari. Scribe, Satarchæ, non Sarmatæ, ut ex Solino  
castigauit Mariangelus. De Satarchis paulo ante dictum. &  
infra. ¶ **A**tq; ut illa pecorum durant. Legendum pecori dus  
rant. & infra. ¶ **B**inisq; poculis qui plurimos retulere pera  
potatis interlocantur. Mariangelus pro interlocantur substi  
tuit inter loquentis aut interiocantis. Ego neutrum probo,  
sed scribendum ut reor binisq; poculis qui plurimos retulere

**I**nteriuungere perpotantes, interiuungunt. Est enim interiuungere eandem  
rem interposito spacio repetere. & infra. ¶ **P**ocula ut essedones  
parentum ita inimicissimorum capitibus expoliunt.

**V**erba inuecti  
**t**itia.

**P**anticapæum.

Lego. Pocula inimicissimorum capitibus expoliunt, reliqua  
inuectitia sunt. Neq; enim essedones pocula ex inimicissimos  
rum capitibus expoliunt, sed simulacra faciunt, ut ex Herodo  
doto dictum est. & supra in Tauricæ mentione. ¶ **M**yrmes  
cium, Panticapæum scribe cum. æ. diphthongo in penultima  
Panticapæum. Ex Strabone. Ptolemæo. Stephano. Ptolemæus  
tamen Panticapæa profert.

Thracia. Caput. II.



**I**s Thracia proxima est, ea que a Pontici  
lateris fronte usque in Illyricos penitus  
immissa qua latera agit Istro pelagoque  
contingitur. Regio nec cælo læta, nec solo:  
& nisi qua mari propior est, insecunda,

frigida, eorumque qua feruntur, maligne admodum patiens. Raro usquam pomiferam arborem, uitem frequentius tolerat: sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora obiectu frondium cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad speciem tamen: nam & illis asper atque indescens corporum habitus est: ceterum ad ferociam, & numerum, ut multi, immitesque sunt, maxime ferax. Paucos amnes, qui in pelagus euadunt, uerum celeberrimos, Hebrum, Neston, & Strymona emittit. Montes interior attollit, Haemon & Rhodopen, & Orbelon, sacris Liberi patris, & caetu *ita uoca*  
 Maenadam Orpheo primum initiante celebratos. E quibus *pus qz libe*  
 Haemus in tantum altitudinis abit, ut Euximum, & Adria *rat homi*  
 ex summo uertice ostendat. Vna gens Thraces habitant, alijs *nes a curi*  
 alijsque praediti & nominibus, & moribus. Quidam feri sunt, *ut dicit. Plu*  
 & ad mortem paratissimi, Getae utique: id uaria opinio per *mquestio*  
 ficit. Alij redituras putant animas obeuntium: alij, et si non *malus & o*  
 redeant, non extinguunt tamen, sed ad beatiora transire: alij, *namis*  
 emori quidem, sed id melius esse quam uiuere. Itaque lugentur apud quosdam puerperia, nati que desentur. Funera contra festa sunt, & ueluti sacra, cantu, lusuque celebrantur. Ne feminis quidem segnis est animus, super mortuorum uirorum corpora interfici, simulque sepeliri, uotum eximium habent: & quia plures simul singulis nuptae sunt, cuius id sit decus, apud iudicatos magno certamine affectant: moribus datur, estque maxime laetum, cum in hoc contenditur, uincere. Maerent aliae uocibus, & cum acerbissimis planctibus esse ferunt. At quibus consolari eas animus est, arma, opesque ad rogos deferunt, paratique (ut dicitur) cum fato iacentis fidentur in manus, uel pacisci, uel decernere, ubi nec pugnae, nec pecunia locus sit, manentque dominas proci. Nupturae uirgines

Sege more  
 dominus  
 p h care

De lege non a parentibus uiris traduntur, sed publice aut locantur  
 Ne colantur, aut ueneunt, Vtrum fiat, ex specie & moribus cau-  
 dem primum gentium sa est. Probæ formosæq; in precio sunt: ceteras qui habeant,  
 mercede quaruntur. Vini usus quibusdam ignotus est: epulã  
 tibus tamen ubi super ignes, quos circumfident, quædam ses-  
 mina ingesta sunt, similis ebrietati hilaritas ex nidore contin-  
 git. In littoribus Istro proxima est Istropolis: deinde a Miles-  
 sy deducta Calatis, & Tritonice, & portus Caria, & Tiri-  
 stris promontorium, quod præteruectos alter Ponti angulus  
 accipit, aduersus Phasiaco, & nisi amplior foret, similis fuit.

Aristo. li. de Hic Bizone motu terræ intercidit. Est portus Crunos: urbes  
 mundo et. Dionysiopolis, Odessos, Messembria, Anchialos: et intimo in  
 in metaorui sinu, atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit, mag-  
 reddidit cau sam quare lona Apollonia. Recta dehinc ora, nisi quod media ferme in pro-  
 ca proxima montorium, quod Thinniam uocant exit, & incuruis contra  
 ei sint levee se littoribus obtenditur, urbemque sustinet Halmidesson, &  
 motus in festa Phileas, & Phinopolim. Hactenus Pötus: deinde est Bospho-  
 et Strab. li. 7. rus, & Propontis. In Bosphoro, <sup>Costantinoplia</sup> Byzantium: in Propontide,  
 affirmat bo rus, & Propontis. In Bosphoro, Selymbria, Perinthus, Bathynis: amnesque qui interfluunt,  
 nam partes Selymbria, Perinthus, Bathynis: amnesque qui interfluunt,  
 huius curia Erginus & Atyras. Tum Rheso regnata quondam pars Thra-  
 hic intercedi cæno tota cæna, & Bysanthe Samiorum, & ingens aliquando Cypsella.

Post locus, quem Graij macrotichos appellant, & in radice  
 magna peninsula, sedes Lysimachia. Terra, quæ sequitur,  
 nusquam lata, atque hic arctissima, inter Hellepontum,  
 Aegæumque procurrat: angustias, Isthmon: frontem eius,  
 Mastusiam: totam, Chersonesum appellant. Ob multa memo-  
 rabilis est. In ea flumen Aegæus, naufragio classis Atticæ insig-  
 ne. Est & Abydo obiacens Sestos, Leandri amore pernobilis.  
 Est & regio, in qua Persarum exercitus, diuisas spatio pe-  
 lagoque terras, ausus pontibus iungere & misum atque ins



gens facinus) ex Asia in Græciam pedes, & non nauigata maria transgressus est. Sunt Protefilai ossa consecrata delubro. Est & portus Cælos, Atheniensibus & Lacedæmonijs nauali acie decernentibus, Laconica classis signatus excidio. Est Cynossema, tumulus Hecubæ, siue ex figura canis, in quam conuersa traditur: siue ex fortuna, in quam desciderat, humili nomine accepto: est Macidos, est Eleus, quæ finit Hellepontum. Aegæum statim pelagus uaste longum litus impellit, summotæque terras hinc ad promontorium, quod Sunium uocatur, magno ambitu, mollique circumagitur, eius tractum legentibus, præuictisque Mastusiam, tum sinus intrandus est, qui alterum Chersonesi latus abluens, iugo facie uallis includitur, & ex fluuio quem accipit, Melas dictus, duas urbes amplectitur, Alopeconesum, & in altero Istomi littore sitam Cardiam. Eximia est Aenos, ab Aenea profugo condita. Circa Hebrum Cicones: trans eundem Doriseos, ubi Xerxem copias suas, quia numero non poterat, spacio mensum fuerunt. Deinde promontorium Serrium, ex quo canentem Orphea, secuta narratur nemora, Zone, Tum Scænas fluuius, & ripis eius adiacet Maronia. Regio ulterior Diomedem tulit immanibus equis mandendos solitum obiectare aduenas, & ipsæ ab Hercule obiectum. Turris quam Diomedis uocant, signum fabula remanet: & urbs, quam soror eius suo nomine nauit, Abdera: sed ea magis id morâ habet, quod Democritô Physicum tulit, quam quod ita condita est. Ultra Nestor fluit, interque eam & Strymona, urbes sunt, Philippi, Appolonia, Amphipolis. Inter Strymona, & Athon, turris Calarnæa, & portus Caprillon, urbs Achanthos, et Oesyma. Inter Athon et Pallenen, Cleonæ et Olynthos (sicut diximus) amnis est, longæque ortus, & tenuis, alienis

Unde Oiu di  
m. g. meta mor  
srait quid qd.  
tra cit e quæ  
Hum ano scan  
quæne pân quæ  
plenaq; cor por  
bus la car hie p  
sepa uidit vi  
sa q; de rechi do  
mistrum q; up  
sors os q; pmi et  
senecta m m  
tra gæna hæ  
culi fumo sso  
suis q; redeg  
pabulu d'ax  
mente d'atu

subinde aquis fit amplior, & ubi non longe a mari lacum fecit, maiore quam uenerat alueo erūpit. Athos mons est adeo elatus, ut credatur altius quam unde imbres cadunt, surgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in uertice sustinet, non abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet. Cætesurum non promontorio, ut alij, uerum totus est, totoque longe dorso procedit in pelagus: qua continenti adheret a Xerxe in Graios tendente perfossus, transnauigatusque, & factus freto nauigabili peruius. Ima eius tenent parua Pelasgorum colonia. In summo fuit oppidum Acroathon, in quo (ut ferunt) dimidio longior quam in alijs terris ætas habitantium erat. Pallene soli tam patentis, ut quinque urbium sedes sit atq; ager, tota in altum abit, angusta satis unde incipit ibi est Potidæa. At ubi laxius patet, Mende, Scioneque refertenda: illa ab Eratistis, hæc ab Achiuis capto Ilio remeantis bus posita.

¶ Ex Thracia.

¶ Deinde a Milesijs deducta Calatis. Nemo scribit Calatin ponti urbem a Milesijs deductam, Immo Strabo grauissimus auctor ab Heracleensibus deductam tradit. E contrario Istropolin urbem sue Istron (nam utroque modo dicitur) milesiorum esse coloniam, Strabo, Herodotus, Plinius affirmat. Palam ergo est ut pleraq; alia sic hæc quoq; uerba transposis sita. Verba transita esse, & quod Aristidi ut aiunt dandum erat, datum esse lysimacho. Lege igitur Istro proxima est Istropolis a Milesijs deducta, deinde est Calatis. Hermolaus nō potuit ex hac nassa nō potuit ex sa exire. De reliquo Callatis per duplex. II. scribitur a Ptoles nassa exire. mæo, sed Callatiam non Calatin appellat. Arrianus in per riple

triplo Callantram & infra. ¶ Et portus Caria, et Tiristris promontorium. Totum hunc locum sic lego. Istro proxima Istropolis a Milesijs deducta. Deinde est Calatis. Est portus Caria. Est Tiristris promontorium, qua dixi figura. Ptolemæus Tiristriam appellat promontorium nõ Tiristrin. Arrianus in Periplo Tetrifiam. Item portus eidem non Caria est sed Caron græca genitiui terminatione. Cariam enim regiõem nominat, portum Caron. & infra. Et nisi amplior foret similis fuit. Hic bizone motu terræ intercidit. Ea distinctione legito, ut uerbum fuit ad inferiora applices, legaturq; in totum sic. et nisi amplior foret similis. Fuit hic Bizone. Motu terræ intercidit. Sequitur enim eadem figura. ¶ Est portus Crusnos. Vrbes Dionysopolis. Odeffus. Messembria. Scribendum uerba inuersa uerbis permutatis & alia orthographia. Est portus Crunoe. <sup>sa.</sup> Dionysopolis. Vrbes Odeffos. &c. more quem diximus, inculcatis duobus eiuſdem urbis nominibus. Nam Crunoe & Dionysopolis eadem est stephano. Qui disiunctim Dionysu polin nominat ut Constantinu polin. Coniunctim autem Dionysopolin. Ptolemæus. Arrianus. Appianus. In Plinio utrunq; nomen corrupte scriptum inuenio. Præterea Odeffos cum. e. in penultima Stephanus & Strabo enunciant cum. y. Ptolemæus cum. i. Appianus modo codex non sit maculosus. Item Messembria cum uno dum taxat. s. scribendum ex Ptolemæo Stephano. Strabone. & Herodoto. qui tamen per. a. in secunda Messambriam nominat. & infra. ¶ Atq; ubi pontus alterum sui flexum angulo finit magna Apollonia. Scribendum uidetur magno potius quam magna, ut referas ad angulum non ad Apolloniam, quam nemo (quod occurrat) in hoc tractu magnam appellat. Angulum uero statim ante dixerat ampliorem altero opposito in colchis. & infra.

f

¶ In promontorium quod Thinniam uocant. Ptolemæus Thiniada uocat cum unico. n. Astipulante etiam Arriano, nisi quod cñ. y. scribit primam. Et litus nō promotoriū facit. Stephanus quoq; Thynias profert. Sicq; scribēdū in Mela quic

Contra Her  
molaum.

¶ Halmideson & Phileas. Legendum puto Halmideson & Phrygiam, auctoritate motus Arriani in libro totiens citato Phrygiam scribente distare ab Halmideso. cccxxx. stadia. & infra. ¶ In propontide Selymbria. Herodotus sine. m. Selybria in sexto. & infra.

¶ Perinthus. Bathynis. Amnesq; qui interfluunt Erginus & Atyrus. Legendum permutatis uerbis. Perinthus. Amnesq; qui interfluunt Bathynis, Erginus & Atyras. ex Ptolemæo qui tamen non Bathynis sed Bathynias nominat. & infra.

¶ Tum Rheso regnata quondam pars Thraciæ. Scribendum arbitror longe diuerso modo. et Terei regia quondam arx Bizye ex Plinio libro quarto capite. xi. Oppida inquit Selymbria Perinthus. Intus Bizya arx regum Thraciæ, a Terei nefasto crimine inuisa hirūdinibus. Quorsum enim hic metio Rhesi, tragici regis nullo aut prelio aut saltē scelere nobilitati. At Terei in thraciā nemo non meminit. Præterea quum hic ex professo de Thraciā agat, quid attinebat subiungere pars Thraciæ, & infra. ¶ Et Bysanthe Samiorum. Scribe bisanthe per. i. ex Stephano. Herodoto & Plutarcho in Alcibiade. dicta alio nomine Rhædeston auctore Ptolemæo græco & latino. ut dubitē corrigendus ne sit Plinius in quo p̄ Rhædesto scriptum est Resiston libro quarto capite. xij. ex castigatione Hermolai. Nam codex uetus salmanticensis Acad. resiston plane ostendit. liberum sit unicuique iudicium. & infra.

¶ ET ingens aliquando Cypsella. Scribo per unicum. l. Cypsella ex Stephano & Strabone in selectis. Cui est etiam

neutralis generis. astipulante proprio nomine Cypseli Tyrranni corynthij & eodem nomine alia in significatione. semper enim cum unico. l. scribitur. Herodotus certe & Pausanias sic scribunt. In codice quoque salmanticensi uetusto sic scriptum inuenies. Ptolemæus græcus una, & latinus cum duplici, sed procul dubio uitiose ut in hac parte fides habenda non sit Hermolao, qui in quarto castig. Plini. ca. xi. cypselo la femininum putat & cum duobus. ll. scribit. & infra.

¶ Et in radice magnæ peninsula sedes Lysimachia. Lego. & in ceruice magnæ peninsula sedens Lysimachia. Cervices Cervices quæ enim appellari solent isthmi siue angustia peninsulae ut & Isthmi plinius in quarto de peloponnesi isthmo. donec in quinque millium passuum interuallum ex eis utrinque lateribus angusta ceruice peloponnesum contingat Hellas. Ptolemæus quoque & Georgius Gemistus Pallenes isthmum ceruicem uocant. & pomponius supra in Ionia. angustisque ceruicibus reliqua extendens in latum & c. & infra.

¶ Frontem eius Mastusiam. Considerandum an sit melior lectio promontorium eius Mastusiam ex Ptolemæo & Plinio. & infra.

¶ Ob multa memorabilis est. In ea flumen ægos. Aldus. ob multa memorabile est. In ea flumē ægos. Lego ob multa memorabilem. Est in ea flumē ægos, quia sequitur statim. Est & Abydos. Est regio. Sunt Protefilai ossa consueto schemate. Cæterū huius ciuitatis nomen nō ex parte sed integrū trāsmissit ad nos Mrcellinus, Aegos potamos relinquēs ut apud græcos inuenit, melius fortasse quā Pomponius Pliniusq; . Præterea legendum puto fluuij ægos naufragio classis attice insignes. Oēs enim græci auctores qui huius urbis meminere, numero plurimum uocant. Strabot, Stephanus, Plutarchus, Xenophon.

Aristoteles etiam primo meteorō. & complures alij quos ne in re aperta tuncdam consulto prætereo, semperq; præposita dictione Aegos, Quapropter & hic & in Plinio libentius legerim, Aegos fluuij quam retro. Hermolaum autem quis nō miretur, qui libro. iij. ca. xi. pli. cast. legit in Pomponio flumē Aegon, dubitatq; sit ne Aegon scribendum, an potius ægos. quum nullus sit auctor qui uel somniauerit quidem hanc urbem appellari Aegon, sed omnes uno consensu ægos potius mi appellent. Strabonis interpres in fine sexti nolens Pliniū ac pomponium imitari Capræ fluuium inepte uertit. & infra. ¶ Diuisas spacio pelagoq; terras. Stultus sensus, & Melæ indignus. Nam quod diuiditur pelago diuidi etiam spacio necesse est. Lego itaq; diuisas belleponti pelago terras. Nam & angustum mare fretumue, dici etiam solet pelagus. ut in Hispania. Aperit deinde se angustissimum pelagus. & infra. ¶ Est & portus Cælos. Sic Plinius etiam Cælos. Cæla tasmen Ammianus, forte melius ut ab atheniensibus qui in cherronneso frequētes erant, inditum fuerit hoc nomen. Nā Coele siue quod idem est Cæla uicus fuit atticæ clarus morte Thucydidis auctore græco scriptore Marcellino. Nec præterierim Cyllam urbem locari in hac ora a Ptolemæo etiam si Hermolaus cœlā legit non Cyllæ cui suffragari uidentur latini Ptolemæi codices. & infra. ¶ Est Eleus. Dupliciter scriptū in uesno, sine diphthongo & cum diphthongo. æ. in secunda. cum diphthongo scribunt Ptolemæus. Stephanus. Thucydides. Sine diphthongo. Strabo in selectis. Pausanias. Herodotus. Arrianus. Xenophon. Plutarchus. Philostratus. Demosthenes & alij. Hermolaus hanc urbem uocari a Strabone tradit Elauffsam. Ego Elauffsam insulam nosci a Strabone cæterisque geographis prope Ciliciam scio, urbem Thraciæ ita ab ullo no

Error inters  
pretis Strabo  
nis.

minatam nescio. Apud Strabonem uno dūt axar loco libri. xiiij  
legi in exemplari græco elusa commutatis litteris pro Elæus  
proculdubio uitiose. Nam si elæussa diceretur hæc urbs, ex tot  
quos mox ante citauit auctoribus aliquis ea ita nominasset.  
Itaq; in hæc traditione ab Hermolao non sto. & infra.

¶ Præuectisq; mastusiam. Melius præteruectis ut supra in  
Troade. quod præteruectos sinus excipit non paruus. & non  
multo ante. & Tiristris promontorium, quod præteruectos  
alter ponti &c. et infra. ¶ Iugo facie uallis includitur. Cas  
stigandum. iugo Pallenes includitur. Nam secundum Pompo  
nium & sinus Melas, & tota Thracia Pallene terminantur.  
Est autem Pallene Cherronesus & urbs et mons auctoris  
bus Apollonio in primo & eius enarratoribus: præterque Pallene. Cher  
Dionysio Byzantio qui iugi Pallenes meminit. Alioquin Mela sonnesus.  
& in his quæ longe porriguntur absq; montium mentione Vrbs, & mōs  
utitur hoc nomine iugum, ut in tractatu Cypri. Cyprus ins  
quit ad ortum occasumq; se immittens recto iugo inter Cili  
ciam Syriamq; porrigitur. et infra. ¶ Circa Hebrū Cicones.  
Legō. Citra Hebrum Cicones. sequitur enim, trans eundem  
Doriscos. confirmatur quoq; auctoritate Herodoti. & infra.  
¶ Zone. Tum Scoenas fluius. Permuta uerba Tum Zone.  
Scoenas fluius. & infra. ¶ Turris quam diomedis uocant.  
Expendendum an sit aptior lectio. Tinda quam Diomedis uo  
cant. ex Plinio & Stephano & infra. ¶ Philippi. Appolos  
nia. Scribe cum uno. p. & duplici. ll. Apollonia. ex omnibus.  
& infra. ¶ Inter Strymona & athou turrit Calarnæa. Sic  
Hermolaus castigauit cum prius calamea legeretur. Mibi <sup>Dissentit ab</sup>  
Hermolai commentum non placet. neq; puto hic reddi a Me <sup>Hermolao.</sup>  
la Calarnan oppidum ignobile & cuius præter Stephanum  
a nullo fiat mentio, sed urbem clarissimam Stagira, siue ut  
f iij

Plinij locus in  
signis, restitu-  
tus.

Herodotus uocat Stagiron, illustrem alumno Aristotele & a nullo prætermittam, Sed nescio quo aduerso et urbis ipsius & Aristotelis fato, apud plerosq; scriptores deprauatissime scriptam. Nam apud Ptolemæum Stantira pro Stagira positum est, & apud Plinium atrox adhuc etiam post tot censos res menda memoriæ inclytæ urbis officit. Sed libuit eius uerba in gratiâ Plinij studiosorum subicere ex libro quarto capite. x. Acanthus inquit, istria. Graestonia. In codice uetusto bibliothecæ salmanticensis Academiæ supra citato sic legitur. Acanthus, Sinis. Tagira. Sitone. Scribendum, Achanthus. Singus. Stagira. Sithonia. et si Hermolaus in plinianis castigatio nibus Graestoniam defendat non recte. Achanti. & Singi urbis unde dictus finus Singiticus & Sithoniæ magna apud omnes mentio, Pari malo apud Melam turris uitiosissime scriptum est pro Stagiros. Pro Calamea autem ut antea legebatur, substitui posset colonia, multæ enim erant in macedonia coloniæ, Dion apud Ptolemæum. At Pella. Orestæ. Cassi dria. Philippi apud Plinium in quarto. Loqui autem hic Meslam de Stagirosiue Stagiridis nisi probauero non recuso quin in pistrinum dedar, Sed prius quam id probẽ, uisa est mihi res digna æstimatione, an hic pro Calamea substitui possit, clara alumno, ut Aristotelis nomen prætermittum sit librarij culpa sicuti permulta alia in hoc opere siue densò quoddam & frequenti erroribus senticeto, quod tam ex his quæ præteriere manifestum est, quã ex futuris liquebit. Mouet me q; Mela ciuitates quæ claros uiros aut tulerunt, aut etiã susceperunt, honorificis uerbis memorare solet. Hoc fecit in urbe Aeolidis Pitane unde fuit Arcefilas, Hoc in Abderis Thraciæ unde Democritus, Hoc in Mileto ioniæ unde Thales astrologus, Timotheus musicus, et Anaximader Physicus, Hoc in Ca



laurea insula ubi periit Demosthenes. Hoc in Rudis urbe ita  
lice natali Ennij poetæ nobilitata. Credibile igitur mihi sit  
hoc idē fecisse Melam in urbe Stagiros patria Aristotelis, tātō  
illis & cæteris philosophis omnibus præstatis. Sequuntur stas  
tim uerba quæ probat legendū hic Stagiros nō turris. Ea sūt.

¶ Portus Caprillon. Lego, portus Capros cū insula. ex Stra Capros poro  
bone in selectis tradete Capron portum esse Stagiri urbis cū tus stagirorū  
insula parua cognomine. Quis igitur in animū inducat mes cum insula  
minisse pōponiū portus Stagiri, præterita ipsa urbe, cuius est cognomine  
portus, tātæ præsertim propter alumnū claritatis. Præterea  
sitam esse Stagiron inter Strimonē fluuiū & Athō montem,  
ubi Mela eam statuit, auctores sunt Strabo in selectis & Pto  
lemæus, quod adhuc magis astruit castigatione nostrā. & in  
fra. ¶ Urbs Acanthos & Oesyra. Omnia turbata et pmista.  
Neutri. n. harū urbū conuenit situs in quo locatur, inter Stry  
monē et athō. Acanthus. n. Inferius est, Oesyra superius. As  
canthus ad meridiē inter promontoriū Nymphæum & Der  
rhin in sinu Singitico. Oesyra ad septentrionē inter Nesū &  
Strymonē fluuios, in sinu strymonico auctoribus Ptolemæo et  
Strabone in selectis. Castigādus igitur sic totus hic locus. Vla  
tra Nestos fluit, interq; eū & Strymona urbes sunt Philippi.  
Apollonia. Amphipolis & Oesyra. Inter Strymona et Athō  
Stagiros, Portus Capros cum insula. Inter Athon et Pallenē  
Acanthos. Scolos & Olynthos. Scolos inquam lego nō Cleo  
næ ut hermolæus legit, qui pro Celeona antiqua lectiōe Cleo  
næ suffecit. Ego Scolos, defendo ex Strabone qui in septimo  
Scolon ait fuisse unam ex urbibus propinquis Olyntho. Thus  
cydides item in quinto ut uicinas sibi urbes Scolon & Olyn  
thon cōiunctim memorat. Nam Cleonæ Hermolæi non sunt  
inter Athon & Pallenem sed in ipso monte Atho cum alijs

quattuor urbibus. Dio. Holopyxo. Acrothoo. & Thyso quas  
 xerxes perfosso Atho insulares fecit auctore in Polymnia He-  
 rodoto, **Verba super uacanda.** Qui Stagiri & Acanthi coniunctim etiam ipse me-  
 minit ut urbium inter se propinquarum. & infra. ¶ Verum  
 totus est. Dele uerbum est. & infra. ¶ Factus freto naviga-  
 bili peruius. Hac etiam uerba recidenda. Pomponij enim bre-  
 uitati satis fuit dixisse. a Xerxe in graios tendente perfossus  
 transnauigatusq;. & infra. ¶ In summo fuit oppidū Acroa-  
 thon. Ptolemæus Athos acron. Strabo in selectis Acrosthooe.  
 Stephanus Acrothynoe. Thucydides & Plinius Acrothos. He-  
 rodotus Acrothoos. & infra. ¶ Ut quinque urbium sedes sit.  
 Quattuor nō quinque; Strabo in selectis. Eæ sunt. Aphytis. Men-  
 de. Scione. Sane. Herodotus in Polymnia octo. Potidæa. Aphy-  
 tis. Neapolis. Aegæ. Therambos. Scione. Mende. Sane. Sed tes  
**Plinij locus re neamus morem nostrū subueniendi quotiens occurrit Plinio**  
**stitutus cōtra male in hac parte ab Hermolao habito. Is libro quarto capis**  
**Hermolaum. te. x.** Oppida inquit Nissos Phileo mende. In promptu est  
 quid Hermolaus dicat. Nos sic castigandum censemus. Oppi-  
 da Sane. Aphytis. Scione. Mende. ex citatis auctoribus. & ins-  
 fra. ¶ Angusta satis unde incipit. Legendum existimo angu-  
 stus Isthmus unde incipit. Nam de isthmo Pallenes & Ptoles-  
 mæus & Pausanias in atticis. & Georgius gemistus helleni-  
 con primo. Plinius quoque quarto libro capite. x. & in Pal-  
 lenes Isthmo quōdam Potidæa, nunc Cassandria. etsi Hermo-  
**Contra Herolaum.** laus aliter legat. Quem prioris ueræq; lectionis potuerūt ad-  
 monere uerba illa quæ paulo ante præcedunt, Oppida Palles-  
 ne Phlegra. In quibus; (quod est notandum) uidetur plinius  
 imitatus Pomponij morē, copulandi duo nomina propria, de  
 quo dixi. Nam Pallene & Phlegra idem sunt, Stephano &  
 Straboni in selectis. & infra. ¶ At ubi laxius patet. Scribo

latius non laxius. Nam late patere frequens est apud omnes  
locutio non laxa.

Macedonia.

Caput. II.

*assias E. maria undel  
nus bella pere matios*



Ubi Macedonum populi, quot urbes habi  
tant: quarum Pellam maxime illustrem al  
umni efficiunt, Philippus Græciæ domi  
tor, Alexander etiam Asia. In littore fles  
xus, Mecybernaeus, inter promontoria dis  
uidit Canastreum, & portum qui Copos

*sed c. s. urb*

*Derrim &*

dicitur: urbes Toronem & Physcellam, atque unde nomē est  
ipsi, Mecybernam incingit, Canastreo promontorio, Scione  
proxima est. Mecybernaeus autem in medio qua terra dat  
gremium, modice in littora ingreditur. Cæterum longis in  
altum immisissis lateribus, ingens inter maria sinus est. In eū

*hinc fherm  
cus*

Axius per Macedonas, etiam per Thessalos Peneus excurrit.  
Ante Axium Thessalonice est, Inter utrumque; Cassandria, Cyda  
Azoros, Derris, A Peneo, Sepias, Cordynia, Melibœa, Castas  
nea, pares ad famam, nisi quod Philoctetes alumnus Melibœa  
illuminat. Terræ interiores claris locorum nominibus insig  
nes, pene nihil ignobile ferunt. Hinc non longi est Olympus,  
hic Pelion, hic Ossa, montes gigantum fabula belloque mes  
morati: hic Mysarum parens domusque; Pieria: hic nouissime  
calcatum Graio Herculi solum saltus Oeteus: hic sacro ne  
more nobilia Tempe: hic Libethra, carminumque fontes obs  
iacent. Tum iam uaste & multum prominens Græcia, &  
dum Myrthoum pelagus attingat, a septentrione in meris  
diem uecta: qua sol oritur, Aegæis: qua occidit, Ionij fluctis  
bus obiacet: ac proxime spaciōsa est Hellas nomine, grandē

*hic nobilis est  
lympus*

*&*

fronte procedit: mox mari utroque, & Ionio magis, latera  
 eius intrante, donec quinque milia passuum pateat, media  
 ferme prope inciditur. Deinde rursus terris huc se & illuc,  
 uerum in Ionium mare magis expandentibus progressisque  
 in altum, non tam lata quam ceperat, ingens tamen iterum,  
 et quasi peninsula extenditur, uocaturque Peloponnesos, ob si-  
 nus et promontoria, queis ut fibris littora eius incisa sunt: si-  
 mul quod tenui tramite in latus effunditur, platani folio si-  
 millima. In Macedonia prima est Thessalia, deinde Magnesia,  
 Phthiotis: In Græcia Doris, Locris, Phocis, Bœotis, Attis, Me-  
 garis: sed omniium Attis clarissima. In peloponneso, Argolis,  
 Laconice Messenia, Achaia, Elis, Arcadia: ultra, Aetolia, acar-  
 nania Epiros usque in Adriam. De locis, atque urbibus, quæ  
 mare non abluit, hæc maxime memoranda sunt: In Thessas-  
 lia, Larissa, aliquando Iolcos: In Magnesia, Antronia: In Phthio-  
 tide, Phthia: In Doride, Pinus, et iuxta situm Erinon: In Lo-  
 cride, Cynos & Calliaros: In Phocide, Delphi & mons Para-  
 nasus, & Apollinis fanum atque oraculum: in Bœotia, The-  
 bæ, & Cytheron fabulis carminibusque celeberrimus: In At-  
 tide, Eleusin Cereri consecrata, & clariores, quam ut indica-  
 ri egeant, Athenæ. In Megaride, unde regioni nomen est, Mes-  
 gara. At in Argolide, Argos & Mycenæ, & templum Iunonis,  
 uetustate & religione percelebre: In Laconide, Terapne  
 Lacedæmon, Amyclæ, mons Taygetus: In Messenia, Messene  
 & Methone: In Achaia atque Elide, quondam Pise Oenomai  
 Elis & numen delubrumque Olympi Iouis, certamine Gym-  
 nico, & singulari sanctitate, ipso quidem tamen simulachro  
 quod Phidias opus est, maxime nobile. Arcadiam Pelopon-  
 nesiacæ gentes undique incingunt. In ea sunt urbes, Pisos  
 phis, Teneæ, & Orchomenon: montes, Pholoe, Cylles

Imbris

leo, 1

ali qua dolat

natus a lara

qd. e arca et

deinde parna

sus

contra

brunsi Epidaur

i trecenti An

non Patria A

sitis

leo, dicit non

e de lena a

ubi in gre

cia qz e re

gio ita ppie

docata et

de mosthenes

in phelippico

aut no ee addi

to de greha

mei qz let mo

pilas ita etra

stha cidea

fegia

nius, Parthenius, Mænalus: flumina, Erymanthus, & De fonte Epi  
 Ladon. In Aetolia Naupactos, in Acamania Stratos, op<sup>o</sup>zi meminit  
 pida: In Epiro, Dodonæi Iouis templum, & fons ideo fas Plin. l. 5. et  
 cer, quod cum sit frigidus, & immersas faces sicut cæteri Ouid. in me  
 extinguat, ubi sine igne procul admoventur, accendit. At fa mor pho  
 cum littora leguntur, a promontorio Sepiade per Demes seos et esio  
 triam & Boion, Phtheleon, & Echinon ad Pagaseum su dor. l. 3. E  
 num cursus est. Ille urbem Pagasam amplexus, am<sup>o</sup> promolo q. et  
 nem Sperchion accipit: & quia Minyæ Colchida petentes anse et ma  
 inde Argo nauem soluere memoratur. Ab eo ad Sunium nph. l. de  
 tendentibus illa prænauiganda, Maliacus & Opuntius, di et sandi  
 grandes funus, & in his cæsorum etiam Laconum trophæa, aquishnu m  
 Thermopylæ, Opoes, Scharphia, Cnemides, Alope, An<sup>o</sup> lib. 21. de ci  
 thedon, Larymna. Aulis, Agamemnonia, Græiorum, uitate dei et  
 que classis in Troiam coniurantium statio. Maratho<sup>o</sup> mena mor  
 magnarum multarumque uirtutum testis, iam inde a Theo<sup>o</sup> dine luna  
 seo Persarum maxima clade pernotus. Rhamnus pars & Oropus  
 ua, illustris tamen, quod in ea sanum est Amphiarai, & sic alt. em  
 Phidiaca Nemesis. Thoricos, & Brauron olim urbes, ro you fuerit  
 iam tantum nomina. Sunium promontorium est, fis<sup>o</sup> la mai sinqu  
 nitque id littus Hellados, quod spectat ad orientem. Inde lar enlag  
 ad meridiem terra conuertitur usque ad Megaram, Attis<sup>o</sup> hachas g  
 cæ, ut modo latere, ita nunc fronte pelago adiacens. Ibi<sup>o</sup> puat muclat  
 est Piræus Atheniensium portus. Scyronia saxa, sæuo quon<sup>o</sup> mether ee em  
 dam Scyronis hospitio etiam nunc infamia. Megarensium<sup>o</sup> cendi do sue  
 tractus Isthmon attingit: hoc illi cognomen est, quia quinq<sup>o</sup> po subuacat  
 milium spacio Aegæum mare ab Ionio submouens, angusta<sup>o</sup> mele a mala de  
 tramite Helladi Peloponeson annectit. In eo est oppidū Cen<sup>o</sup> uego capiede  
 chreæ sanū Neptuni, ludi, quos Isthmicos uocat, celebres. Co<sup>o</sup> dat fugge byue  
 rinthos, olim clara opibus, post clade notior, nunc Romana<sup>o</sup> cor robar  
 De hoc lego. Plu. in uita Thesei  
 Quatuor cert  
 mina exans  
 cra, Olimpra,  
 hismia, Pstu  
 Nemica.

colonia, ex summa arce, quam Acrocorinthon appellat, maria utraq; contuens. Peloponnesiorum (sicut diximus) sinus & promontoria lacerant: ab oriente, Bucephalos & Chersonesus, & Scyllæon: ad meridiem, Malea, Tanaros, Acritas, Ichthys: ad uesperum, Chelonates, & Araxos. Habitant ab Isthmo ad Scyllæon Epidaurij, Aesculapij templo inclyti, & Troezenij, fide societatis Atticæ illustres. Portus Saronicus, & Schenitas & Pagonus. Oppida autem Epidaurus, & Troezen, & Hermiona his littoribus apposita sunt. Inter Scyllæon & Maleam Argolicus, inter hanc & Tanaron Laconicus: hinc ad Acritam Asinaeus, inde ad Ichthyn Cyparissus.

ue Messenij

Depauidelox  
nela lege tu  
cedides u.

In Argolico sunt noti amnes Erasinus, atque Inachus, et notum oppidum Lerne: in Laconico Gythius, & Eurotas: in ipso Tanaro Neptuni templum, & specus, illi quem in Ponto Acherusium diximus, facie & fabula similis, in Asinaeo flumen Pamissum, in Cyparissia Alpheus, nomen dedere urbes in littore sitæ: hinc Cyparissus, illinc Asine, Messenij, Pylisque terras colunt, & ipsa pelago Pylos adiacet, Cyllene, Callipolis. Patræorum illam tenent, in quam Chelonetes, & Araxos excurrunt: sed Cyllene, quod Mercurium ibi natum arbitrantur, insignis. Rhion deinde (maris id nomen est) angusto & uelut freto lacus orofrequenti incidens: inter Aetolos, et Peloponnesiacos usque ad Isthmon irrumpit. In eo ad septentrionem spectare littora incipiunt. In his est Aegion, & Aegira, & Oluros, & Sicyon: at in aduersis Pagæ, Creusis, Anticyra, Oeanthia, Cyrrha, & notior aliquanto nomine Calidon, & Euenos. Extra Rhion in Acarnania maxime clara sunt oppidum Leucas, flumen Achelous. In Epiro nihil Ambracio sinu nobilius est: facit sinus qui angustis faucibus, & quæ minus mille passibus pateant, grande pelagus admittit: facit

nuic illi

quod minus  
mille passibus  
pateat,  
a fronte.

quingentorum  
passuum

lego anguste uelut falce ex Strabo  
& 8. geographia

urbes quæ assidunt, Actium, Argi Amphilochij, Ambracia, Aeacidarum regia Pyrrhique. Butroton ultra est, deinde Ceraunij montes, ab ijs flexus in Adriam: hoc mare magno secessu littorum acceptum, & uaste quidem in latitudinem patens, qua penetrat. tamen uastius, Illyricis usque Tergestum, cætera Gallicis, Italisque gætibus cingitur, Parthini, & Dasifaretæ, prima eius tenent, sequentia paulatim Encheleæ, Phæaces: deinde sunt quos proprie Illyricos uocant: tum Pyraei & Liburni, & Istria. Urbium prima est Oricum, secunda Dyrhachium, Epidamnos ante erat, Romani nomen mutauere, quia uelut in damnum ituris, omen id uisum est. Ultra sunt Apollonia, Salona, Iadera, Narona, Tragurium, sinus Polatius, & Pola, quondam a Colchis (ut ferunt) habitata (in qua tum res transeunt) nunc Romana colonia. Amnes autem Aeas & Nar, et Danubius, qui iam dictus est Ister: sed Aeas secundum Apolloniam, Nar inter Pyraeos & Liburnos, per Istros Ister emittitur. Tergestum intimo in sinu Adriæ situm fuit Illyricum.

nunc durazo

nunc belo

na

Naro

¶ Ex Macedonia.

¶ CVM Macedonum populi quot urbes habitant. Aldus Tum Macedonum populi quod urbes habitant, minus uitios se. Lego. Tum Macedonum populi. cl. urbes habitant ex Plinio & Martiano. Causa deprauationis fuit supina, librarios rum semper, nonnunquam etiam correctorum ignorantia, cælum terris miscentium & mare cælo. Primum enim ut conuicio duo elementa. cl. librarij in unum. d. confuderunt. Deinde corrector et nescientes quid. d. solum significaret, nus merus enim immodicus uidebatur, adiecta, q. fecerunt q

Locus insignis emendatus.

Postremo alij malum quod Thucydides ait malo curantes quot scripserunt cum nota interrogationis, ubi nulla est interrogatio. & infra. ¶ In littore flexus Mecybernaeus. Strabo in selectis Mecybernam quam ipse Olynthiorum nauale facit, Mecybernam nominat per. p. in penultima. Castigandus obiter Thucydidis græcus codex in quo diuisum scriptum est me Cybernaeus, quod mendum Laurentium summum alioquæ uirum in errorem egit, non Cybernaeos transferentem pro Mecybernaeos. & infra. ¶ Inter promontoria diuidit canastræum. Castigo, inter promontoria derrin & Canastræum ex Ptolemæo. Stephano. & Strabone in selectis. Sciendum autem **Pulcher locus** **emaculatus,** finem quem Ptolemeus, Stephanus & alij Toronæum siue Toronaicum appellant ab urbe Torone, nominari a Mela Mecybernaeum a Mecyberna oppido eiusdem finis de quo paulo ante. Porro finem Toronæum duobus promontorijs Derrin & Canastræo includi, præter Ptolemæum & Strabonem in selectis, Stephanus etiam testatur in dictione Torone. & infra. ¶ Et portum qui copos dicitur. Scribendum Cophos ex Strabone in selectis, prodente Derrin promontoriū esse prope portum Cophon nomine, & oppositum esse Canastræo alteri promontorio, inter quæ duo promontoria claudatur finis Toronæus ut dictum est. Rursus a derrin inchoari fingitis cum finem & finiri promontorio montis Atho uergente in orientem. Est & Cophos portus atticæ xenophonti secundo Hellenicon. & infra. ¶ Canastræo promontorio Scione proxima est. Licet idem sit sensus, malle tamen hic legeres Canastræum promontoriū Scione proximū est. ut a more suo & cōsuetudo dicendi modo non discedat Mela. Cuius ut dixi peculiaris res sunt hæc admonitiones ad dirigendum lectoris animū. ut in Cilicia Pyramus Isso propior, & mox, sed Celeris Sarpes



doni propior. & infra. ¶ Ingens inter maria sinus est. Emen  
do. ingès hinc Thermaicus sinus est. ex omnibus geographis  
& historicis. nihil. n. inter oēs notius Thermaico sinu. Confir  
mat hâc castigationē quod statim sequitur, Axii & Peneum  
fluuios in Thermaicū sinū emittere, quod Ptolemæus etiam  
tradit. Itē statim redditur urbs Aloros quā esse in intimo res  
cessu sinus Thermaici auctor est Stephanus. In quo tamen li  
brarius imperitus pro Thermaeus sinus Hermeus scripsit. Cæ  
terū nō fuerit mihi fraudi paucis notasse ex Strabone in seles  
tris sex cōtinuos sinus haberi in hac ora, a meridie in septens <sup>Sex continui</sup>  
trionē quo dicetur ordine. Maliacū. Pagasiticū. Thermaicū <sup>sinus in ora</sup>  
ue Thermaē. Toronæū uel Toronaicū alio etiam nomine Me <sup>graciae Mace</sup>  
cybernaē. Singiticū, & postremum Strymonicū. Qui omnes <sup>donia et thes</sup>  
promontorijs diuiduntur hoc pacto. Posidium promotorium <sup>salia</sup>  
Maliacum diuidit a Pagasitico. Sepias pagasiticū a thermai  
co. Canastræum Thermaicum a Toronæo siue Mecybernaeo.  
Derris Toronæum a Singitico. Nymphæon Singiticū a strymo  
nico. Sinum autem quem pomponius Thermaicum uocat  
Strabo Stephanus, Herodotus. Thermæum dicunt. Ptoles  
mæus & Plinius Thermaicum cum Pomponio. Eadem diuer  
sitas in Toronæo, ab alijs Toronaico dicto, ab alijs Toronæo.  
& infra. ¶ Etiam per thessalos peneus excurrit. Legendum  
cum disiunctione & iam per thessalos pencus excurrit. Vis  
dit hoc Hermolaus. Nos addimus Peneum fluuium diuidere  
Macedoniam a thessalia Straboni. At Cæsari in commentas  
rijs Haliacmonen amnem. & infra. ¶ Ante Axium Thessas  
lonice est, inter utrunque Cassandria. Superius facta est men  
tio Cassandriae in sine Thraciæ ubi Potideam retulit. Eas  
dem enim est Potidæa cum Cassandria. Nec est altera Cas  
sandria. De ea uero nullo modo potest hic intelligi. Tū quod

superuacua esset repetitio, Tum quod Cassandria in cernice est Pallenes, hæc uero urbs de qua hic agitur longe illinc remota est, inter fluuios axium & Peneum. Quamobrem legendum hic uidetur non Cassandria sed Chalastra, que urbs est Macedonia, parua quidem, sed celebris in sinu Thermaico, cuius Stephanus. & eo referente Strabo, itemq; Herodotus. Plinius. Lycophrō, multiq; alij meminere, quos ne sim onerosus prætereo. Patet autem euidenter legendum hic Chalastra. Nam Strabo in selectis tradit Axium fluuium inter Chalastrā & Thermen in sinum Thermaicū emittere. Porro Therme eadem est cum Thessalonica a Cassandro rege condita et sic dicta a nomine uxoris Thessalonica, licet Stephanus alia etymologia rationem sequatur. Hæc autem ante Axium fluuium sita est teste Ptolemæo & hoc loco Pomponio, sequitur igitur Chalastran post axium esse, finitima thessalonica, axio fluuio ab ea determinatam. Accedit adhæc, quod Strabo in selectis tradit, Cassandrum regem oppidula quædam uicina, transfuisse thessalonicam ad habitandum hoc est. Chalestrā Aeneā. Cisson. Cæterum Strabo Thessalonicam nominat referente Stephano, scribitq; Halicam prius dictam. Chalastrā autem cum. a. in penultima Stephanus & Plinius. Strabo in selectis & Herodotus in Polymnia cum. e. Chalestrā. & infra. C. Cydna. Azoros. Scribo Pydna. Aloros ex Ptolemæo & Strabone in selectis. Nam azoros Pelagonon diuersa res est. Hic urbes maritimæ sinus Thermaici referuntur. in cuius intimo recessu ut dixi est Aloros. & infra..

¶ Derris. Antiqua lectio Icaris præferebat. Hermolaus pro Icaris Derris supposuit ex Ptolemæo. Plinio, Stephano, a qui bus ait derrin locari prope Pydnam, quod salua manium hermolai pace falsum est, Desideroq; ea in re Hermolai ingenitatem

Aduersus her  
molaum

nuitatem, & in prodendo fidem. Nam derris Promontorium est Ptolemæo & Stephano procul a Pydna, finis ut dixi sinus Toronaici Boream uersus, & principium Singitici. Derrin autem urbem Macedonia nusquam puto ostendet mihi Hermolaus. Derram solum in Plinio legimus ubi de Macedonia disserit, in quo ut constat paria fere sunt errata cum uerbis. Quomodo autem legendum in eo sit, quia non poterat paucis ostendi, distuli in aliud opus, in quo dicata opera res mihi erit cum Plinio. Caterum ego pro Icaris Ichna substituo, non bilem urbem in ora sinus thermaici, prope Chalastram, Pydnam. Alorô. quas hic recensuit Mela. Colligitur id ex Stephano. Herodoto. Plinio aperte. et infra. **CA** Peneo Sepias. Cordynia. Melibœa. Legendum existimo. A Peneo Sepias. Dorion. Trachin Melibœa. ex cosmographis & Historicis omnibus. Lucanus quoque noster in sexto. Quæ tetigit Phylace, Pteleon que, & Dorion ira flebile pieridum. Trachin precioque nefanda lampados herculeis fortis Melibœa sagittis. Male enim pro Corinthia ut prius legebatur substituerunt Cordynia, qui hunc librum suis sacris initiauerunt. Sed quia ad hunc locum uentum est & Hermolaus in Plinij castigationibus Lucanum nostrum incesit, quod in uersibus paulo ante dictis alucinatus sit, & pro Dorion quæ est thessalia urbs Dorion posuerit examinemus quam diligentissime fieri possit, quanto id Hermolaus iure fecerit. Ego certe nullo puto. Nam cui obsecro uel mediocri iudicio prædito persuaderi possit, Lucanum tantum uirum, Romæ scribentem, hoc est in urbe mundi domina, eruditissimis illis temporibus, in poemate eximio quod uniuerso orbi legendum proponebar, Belli litteris mandans maximum omnium quæ unquam fuerunt, ita inconside-  
 ratum & consilio præcipitem denique extitisse, ut simis

Defensus Lucanus a Calurnia Hermoslai.

litudine nominis in pudendū errore raptus, pro Dotion Thessalia Dorion achaiæ acceperit, præsertim loca exequens thessalia, in qua bellum quod prodebat gestum fuit, & unde nomen operi suo asciuit. Quamobrem ego ita censeo. quum in græcia multa sint loca non duplicia solū sed triplicia, & plura, eodem nomine dicta ut Thebæ. Argos. Orchomenos. Ptesleon. & huiusmodi, ita duplex etiam dorion fuisse. Alterum Peloponnesi, Alterum Thessalia, præsertim cum scripta Plinij & romana exemplaria Dorion non Dotion propalam habeant, & ita ostendat codex uetus bibliothecæ Academia salmanticensis, & codices etiam suos sic habere Hermolaus ipse fateatur, At nulla mentio Dorij Thessalia apud geographos. Quid mirum. Multa enim a geographis prætermissa, apud poetas. oratores & historicos legimus, neque enim illi in opere tam uario ac diffuso omnia complecti potuerunt. Nam & ipse Hermolaus ad cōfirmandum Teniam, oppidum esse Arcadia, nullius geographi testimonium inueniens, una tantum ciceronis auctoritate contentus fuit, & ea ab angulo petita non satis illustri, et si in omnibus ciceronis exemplaribus non tenia ut Hermolaus legit sed Tene habetur. Cur igitur & nos non tanti esse clarissimum uatem putemus cui uel soli Dorion etiam esse in Thessalia credamus. Dorion ubi Lucanus ait excæcatum Thamyrim, non fuit Thessalia cuius loca nunc refert lucanus, sed Peloponnesi. Meminisse debuit

Mos poetis ut Hermolaus homo inter poetas tandiu uersatus, usitatissimū tatisimum cō esse poetis morem ut cum nominum similitudo inuit et confundere fabas fundant sepe fabulas, ut Virgilius. Quid loquar aut Scyllas, nominū filam nisi. &c. & Propertius. Quid mirum in patios Scyllam militudine in seuisse capillos, candidaque in sauos inguina uersa canes, uitante. & ipse etiam lucanus paulo infra hunc locum de quo dimis

camus, pro thebis phthioticis thebas boeotias posuit, uete  
res inquit ubi fabula thebas monstrat echionias, quod eius in  
terpretes non latuit, nec finis exemplorum. Sed ut redeas  
mus ad Melam, Desiderari in eo puto uerbum promontorio,  
ut legendum sit. A Sepiade promontorio, ut non ita post. A  
promontorio Sepiade per Demetriadem & Boionem. &c. & in  
fra. ¶ Hinc non longi est Olympus. Castigo, Hienobilis  
Olympus. Nam dixit statim ante, pene nihil ignobile ferunt  
& succedit paulo post. Hic sacro nemore nobilia Tempe. &  
infra. ¶ Carminumque fontes obiacent. Legendum.  
Obiacet, ut sit principium sequentium, uel quod magis plas  
cet, Adiacet. & infra.

¶ Et dum myrthoum pelagus attingat, Scribendum Myr  
toum sine aspiratione, ex Strabone & prolemao & ceteris.  
& infra. ¶ Ac proxime spaciola est Hellas nomine, Scri  
bo, ac proxime spaciola & Hellas nomine. & infra.

¶ Mari utraque & ionio magis. Libentius legerim, sed  
ionio magis. & infra.

¶ Quis ut fibris littora eius incisafunt. Lego fimbrijs non  
fibris, sequitur enim platani folio similis. & pleraque arbor  
um & herbarum folia fimbriata sunt, plinius libro. xxi.  
capite. xy. de urtica, Caule quoque mordaci, fimbriatis fo  
lijs. & infra. ¶ Simul quod tenui tramite. Aestimandum  
an in hoc loco potior lectio sit termite quam tramite, quia  
assimilat Peloponneson folio platani, ut perstet in imagine.  
Nec immemor sum sequi infra, angusto tramite belladi per  
loponnesum annecti, sed ratione dicta magis hic placet ter  
mite. & infra. ¶ In latus effunditur, Scribo, in latus eff  
funditur. & infra.

¶ In Macedonia prima est Thessalia, Legedū, A macedonia.

hoc est post Macedoniam, neque enim regreditur in Macedoniam, sed ea finita transit ad referendas græciæ provincias, quarum prima est Thessalia. Nam etsi Ptolemæus Macedoniam Thessaliam contribuere uideatur simul de utraque discessens quod alias facere solet minores regiones maioribus inferens (ne cogatur paruis etiam terminos assignare, quod fuisse tum ei tum etiam lectori onerosum & non nimis necessarium) diuersa tamen est Thessalia a Macedonia. Quin Strabo solos Thessalos appellari græcos & Hellenes Apollodori testimonio scribit. & Arrhianus historicus libro secundo equitatum Thessalicum a Macedonico separat. Strabo quoque in selesetis Peneum fluuium disternare tradit Macedoniam a Thessalia. Cæsar Haliacmonem ut dixi. Quid nonne & ipse Mela hoc manifeste monstrauit in superioribus, cum dixit, in eum Axius per Macedonas, & iam per Thessalos Peneus excurret. & infra. ¶ In græcia Doris. Locris. Duæ priores dictiones superfluent, adiectæ ab his qui per suum habebant. Thessaliam. Magnesium. Phthiotida ad Macedoniam pertinere non ad græciam, decepti auctoritate Ptolemæi male intellecti. & infra. ¶ Aliquando Iolcos. Hac uerba in fallor Pomponij non sunt. Nam paulo ante testatus est dicturum se de locis atque urbibus quæ mare non abluit. Porro Iolcon urbem esse maritimam nemo nescit. Citare auctores in re comperta quid attinet. Satis sit pro omnibus Strabo. Iolcos inquit iandudum diruta iacet, quo ex loco Pelias Iasonem ac nauem Argo foras emisit. & infra paulo. Supra Demetriadem autem urbem Iolcos stadia septem ad mare iacet. & infra. ¶ In Magnesia Antronia. Scribendum Antron non Antronia. ex Strabone. Stephano. Homero. & infra. ¶ Pindus & iuxta situm Erisneon. Expende an legendum sit. Pindus. Bæon. Cytinium. Eris

Thessalia non esse contribuam Macedonia.

neos. Doris enim tetrapolis erat ut scribunt Strabo & Thucydides et si Stephanus tripolin tradit modo codex menda uas cet quod non puto. Erineos autem non erineon proferunt Stephanus & Ptolemæus. Qui etiam Cyteinium uocat, ceteri Cytinium. Idem in Doridis tetrapoli pro pindo Lilæam substituit. In Plinio quoque libentius legerim Erineos quam Erineon. & infra. ¶ In laconide Therapne. Stephanus prima afflata & postrema cum. mn. & numero plurali Theranæ, aitque putare quosdam eandem esse cum Sparta. Nihilominus locum etiam esse alium eodem nomine in quo Castor & Polux colantur dictum a græco uerbo Therapeuin hoc est colere. Stephano astipulantur Plinius & Strabo, nisi quod postremam per. pn. Strabo pronunciat Therapnæ. & infra.

¶ In Achaia atque elide quondam Pisæ Oenomai. Legendum puto in uersis dictionibus Pisæ Oenomai quondam. ut Melæcum Plinio conueniat. Cui ut suppetias ferremus libenter incidimus in hanc mentionem. Is libro quarto. Pisa inquit eorum quondam oppidum præfluente Alpheo amne. Corrige. Pisa Oenomai quondam oppidum &c. Vnde apparet legendum hic Pisa non Pisæ. Nam pisæ urbs italiæ, multitudinis numero dicitur. Peloponnesi uero Pisa unitatis numero. ex Strabone. Stephano. Diodoro. Lucanus quoque noster. Hinc Tyrrenam uado frangentes æquora pisæ. & Statius quarto Thebaidos. depressæ populus subit incola pisæ, & septimo. Oenomaium sua pisæ refert. Accedit Demetrii Triclinij nobilis grammatici auctoritas qui in enarratione Pindari appellatâ ait Pisam Peloponnesiâ Pisæ filia Endymionis. Sed & Pindarus ipse Pisam numero singulari nominat. De Pisæ regia Oenomai Strabonis uerba sunt in octauo. Tractus autem ipse Pisæ plurimum nominis consecutus est, in primis propter principes ipsos lou

Plinij locus,  
pulchre resti-  
tutus.

ge lateque potentes, Oenomaum scilicet eiusque successorē  
pelo pem & illius filios complures. Salmones quoque hoc  
loco imperitasse traditur. & infra. ¶ Certamine gymnico  
& singulari sanctitate ipso quidem tamen simulacro q̄ phis  
dia opus est maxime nobile. Lego Mutato loco illius particu  
læ quidem. certamine quidem gymnico & singulari sanctis  
tate, ipso tamen simulacro quod Phidiae &c. & infra.

Dissentit ab  
Hermolao.

¶ In ea sunt urbes Psophis. Tenea. Scribo Tegea non Tenea  
et si aliter sentiat Hermolaus. Nam Mela ut saepe dictum est  
celeberrima quæq; refert, Tegea autem, nobile oppidum est  
Arcadiæ, geographis omnibus historicisq; ac poetis & in pri  
mis Homero, ut credibile non sit in relatione Arcadiæ omiſſa  
esse a Mela, qui locorum ueluti flores delibat. & infra.

¶ Et Orchomenon, Scribe Orchomenos non Orchomenon, ex  
Strabone, Ptolemæo, Pausania in in Boticis & Homeri ins  
terprete. Idem error castigandus in Plinio. & infra. ¶ Mon  
tes Pholoe. Cyllenius. Lego Cyllene non Cyllenius, ex Strabos  
ne, Stephano. Plinio & Alicarnaseo dionysio, adiecta etiam  
ratione unde sic dicatur libro primo. Cyllenius enim possesi  
uum est, non proprium nomen. & infra. ¶ A Sepiade pros  
montorio per Demetriā & Boion & Phtheleon. & Echion  
ad Pagasē sinū cursus est. Scribendū Demetriada non Deme  
triā ex Ptolemæo, Strabone. Stephano & Plinio. Item. Pteleō  
non Phtheleon ex Strabone. Stephano. Plinio, Homero. Item  
nō uideo quomodo hic Boiō ut Hermolaus castigauit defendi  
possit, quā sit Boion urbs in mediterraneo doridis Ptolemæo.  
Doris autē nullam partē occupat in hac ora magnesiæ quam  
refert Mela, ut planū est ex Ptolemæo & cæteris. Quapropter  
comodius hic legetur ut sentio Boebon quā Boion. est. n.  
Boebos Stephano Thessaliæ urbs quā ab homero uocatam ait

Contra Her  
molaum



Boeben. **Q**uoniam in loco temperare mihi non possum quin profitear nescire me, quare Stephanus idem tradat Boion urbem doridis nominari ab Homero Boebè, quoniam Boebe homerica in thessalia ab ipso homero reddatur, cum Iolco & alijs ciuitatibus thessaliae. Ad hæc res est non uulgaris questionis, cur Mela dicat cui sum esse a Sepiade promontorio ad sinum pagasæum per Demetriadem, cum Demetrias ipsa, sit ut placet Ptolemæo in sinu pagaseo, quæ ptolemæus ipse pelasgicum appellat. Nè mirum sequitur Mela opinionem Artemidori, qui teste Strabone libro nono procul a Demetriade submouet sinum pagasæum ab subdita Philoçetæ loca. Sciendū præterea in nomine huius sinus magnam esse inter auctores differentiam. Ptolemæus ut dixi pelasgicum appellat. Plinius Pagasæon. Strabo in Selectis & Stephanus Pagasiticum, Mela Pagasæum. & infra.

**C**ILLE urbem Pagasam amplexus. Lego plurali numero Pagasas non Pagasam, ex Strabone, Ptolemæo, Herodoto. Erratum idem in Plinio, & infra. **E**t quia Minyæ Colchida petentes inde Argo nauem soluere memoratur. Desideratur procul dubio hic nomen Aphetæ. Locus est Thessaliae in sinu Pagasitico, unde ultimo argonautæ soluerunt. Scribe igitur sic. Aphetæ quia minyæ Colchida petentes &c. ex Strabone, Stephano, Herodoto, Apollonio. qui tamen ut littoris meminit nō ut urbis. & infra. **M**aliacus & Opuntius grandes sinus. Immo legendum non grandes sinus. Nam in ora locrorum sunt ambo a duabus eorū ciuitatibus Malieo & Opuntius non te nominati. tota autem illa locrorum ora uix excedit ducenta stadia auctore Strabone in nono. ex quibus quadraginta tantum stadiorum est sinus opuntius, ut idem Strabo tradit libro eodem, & infra.

Restitutus lo-  
cus corrosus  
& uerbis di-  
minutus.

¶ Thermopylae. Opoes. Scribo Opus cum circumflexo, non O  
poes ut legit Hermolaus. Poetae enim perfectis utuntur, oras  
tores contractis. Deniq; sic. Ptolemaeus. Sic Strabo. Sic Pausa-  
nias. Sic Plinius. Sic omnes proferunt. & infra. ¶ Per sarum  
maxima clade pernotus. Scribendum maxime non maxima  
& infra. ¶ Rhamnus parua illustris tamen quod in ea fanū  
est amphiarai & phidiaca nemesis. & hunc locum commis-  
nutum esse & corrosus, multaq; deesse uerba pro compera-  
to habeo. Nec enim in oppido attica Rhamnunte fuit fanum  
Amphiarai, sed in agro Oropi. qui locus celeberrimus alios  
quin est, medius inter Boeotios & atticos, magnarūq; utrisq;  
que contentionum materia, Sic inuenies apud pausaniam in  
atticis. Sic apud Strabonem, qui loco nomen dedit Psaphis.  
Sic apud Pliniū qui libro. xvi. apud Thebas perisse Amphias-  
raam tradit. Strabo in nono Graea inquit Oropo uicina est  
& Amphiarai sacellū. Demetrius quoq; Triclinius in enars-  
ratione Pindari auctor est apud Oropum boeotiae terram Am-  
phiararam absorbuisse & Oropi fuisse eius oraculum, certa-  
minaq; illic celebrari solita, quae ab eius nomine Amphiarara  
uocarentur. Quam ob rem puto resarciri posse hunc locum si  
sic legatur. Rhamnus & Oropus parua, illustres tamen, qd  
in hac fanum est Amphiarai, in illa Phidiaca Nemesis. Fefels-  
lerunt haec Solinum. & infra. ¶ Thoricos. Brauron olim ur-  
bes. Legebatur antea. Thoricos. Brauronia olim urbes, Her-  
molaus. Castigauit. Thoricos. Brauron ion. &c. & infra.  
¶ Usq; ad Megaram attica. Lego Megara genere neutro nō  
Megaram ex omnibus. & infra. ¶ Scyronia saxa saeuo quon-  
dam Scyronis &c. Scribendum Scironia, uel per duplex. rr.  
Scirrhonia, semper cum. i. in prima ex innominato apud grae-  
cos scriptore designis aquarum & uentorum, qui ait petras

in Megaride Scirrhonidas appellari. Est autem nomen eis inditum a latrone Scironē quem ab eis Theseus in subiectum mare præcipitavit auctore in eius uita plutarcho & Diodoro in quinto. Latronem Plutarchus modo Scironē, modo Scirrhonem appellat cum. i. ut dixi in prima. Aristoteles secundo meteoron uentum qui a petris dictus est Scirronem cum. ei. diphthongo nuncupat. quam orthographiam secutus est etiā eius enarrator Alexander Aphrodisæus. Pausanias in fine atticorum latronem Scirona uocat cum. i. tantum. Itemq; Herodotus in urania Scironida uiam in Isthmo a Scirrone latrone nominatam scribens. Euripides in Heraclidis petras Scironidas cum. ei. diphthongo appellat. Quem secutus Alexandrinus Hesychius glossographos Sciron inquit Argestes dicitur, uidetur autem a petris scironidibus stare licet in Hesychio non Argestes, sed archetis perperam scriptum sit. Strabo quoque in initio noni & petras Scironidas & latronem Scironē eadem diphthongo scribit. Hoc loco inquit res Scironis & Pityocampæ a poetis memorantur, qui partem eam regionis quæ montana dicitur depopulabatur quos theseus peremit. Ab his iugis procellas cientē a læua Argesten, Scironē athenienses cognominarunt. Post petras Scironidas promontoriū imminet Minoa. Hæc Strabonis uerba adduxi, ut laborantibus latinis eius codicibus opem ferrem, in quibus partim interpretis culpa partim librorum male scripta erāt. Quin & Nicander in theriacis & eius enarratores Scironē cū eadem diphthongo scribunt Orthographiam hanc tam morose præter consuetudinem meam persecutus sum, quod recentiores litteratores uelut cōiuratiōe facta ad unū omnes in suis lexicis per. y. scribunt. Præterque in cunctis ferè latinis aucto-ribus non aliter inuenias, inter quos est etiam Seneca cons

Error inter-  
pretis strab-  
onis.

terraneus noster ut ego quoq; castrensi uerbo ut ar quinto naturalium questionum. & infra. ¶ Hoc illi cognomen est quia quinq; millium spacio. &c. Temporibus Melæ quid significaret isthmus & dictionis eius etymon puto fuisse omnibus luce clarius. Itaq; nullum erat operæ precium auctori graui & uerborum parcissimo, ea docere quorū nemo ignoratione teneretur. Aut si omnino stabat sententia, tanto sua tempora beneficio afficere, cur non supra anteuertit in cheronneso thraciæ, cuius angustias dixit appellari isthmum. Legendum itaq; ut opinor sic. Hic quinq; milium passuum spacio ægeum mare ab ionio submouens. &c. reliqua sus

perfluunt. & infra. ¶ Cenchreæ, sanum neptuni, ludī, quos Isthmij ludi isthmicos uocant celebres. Emendatior lectio. Cenchreæ, sanum neptuni ludis quos Isthmicos uocant celebre, Strabo in octauo. In Isthmo inquit neptuni quem isthmium uocant tepulum eminet, picearum arborum luco circumclusum, ubi ludos isthmicos corinthij celebrare soliti sunt. & infra. ¶ Et cheronnesus & seyleon. Scribendum cum. æ. diphthongo Scyllæon ex Strabone & Stephano a Scylla nisi filia nominatum ut iidem tradunt. In Ptolemæo Scyllion uitiose & infra.

Ptolemei loci.

¶ Ad uesperum Chenolates & Araxos. Scribendum alterutro modo aut Chelonites quod mallem ex Ptolemæo, aut Chelonatas declinatione dorica ex Strabone. qui error & in Plinio castigandus. Caterum aduertendum attentiore cura uerba quæ post hæc protinus leguntur confuso turbatoq; ordine scripta esse, non qualem tenuisse Pomponium monstrarent puto eius exemplaria si non truncata ut dixi & tot lacerata plagis ad nos peruenissent. Naturalis enim ordo narrandi deponerebat, ut expositis promontorijs cōtinuo subiiceret sinus ipsius promotorijs inclusos, deinde nobiliores populos, ciuitates, per

Plinij locus.

tus & fluuios quos sinus ipsi cingerent. Videntur igitur quæ  
 post sequuntur uerba permutato ordine scribenda hoc cõtextu.  
 Ad uespern̄ Chelonatas & Araxos. His littoribus appositi  
 sinus. Inter Scyllæo & Maleã Argolicus. Inter hæc & Tenas  
 rō Laconicus. Hinc ad acritã Asinæus. Inde ad Ichthyn Cypas  
 rissus. Habitat ab isthmo ad Scyllæo Epidaurij æsculapij tem  
 plo inclyti, & Troezenij fide societatis atticæ illustres. Portus  
 Saronicus. & Schoenus & Pagonus. Oppida autẽ Epidaurus  
 & Troezẽ & Hermione. In Argolico sunt noti amnes. reli  
 qua. & infra. ¶ Portus. Saronicus. Saronẽ locũ esse Troezes  
 nis Stephanus scribit. Is nimirũ portus est saronicus pōponio,  
 & infra. ¶ Et Pagonus. Scribo Pogonos ex Strabone & He  
 rodoto. Strabonis interpres m̄ti uertit, quod & si uox ea la  
 tine significet, retinere tamẽ priscũ nomẽ debuit, nõ interpres  
 tari. magna si aliter fiat occasione Allucinãdi studiosis. & in  
 fra. ¶ Gythius. Lego gythiũ terminatione neutra nõ gythius  
 ex Ptolemæo & Polybio in quinto qui cũ. i. in secũda scribũt.  
 Stephanus eũ. ei. diphthongo. Xenophon secundo Hellenicõ  
 & pausanias uariat, modo per. i. simplex, modo cũ diphthon  
 go. Castigãdus in transcursu grecus Ptolemæi codex. In quo  
 duabus ciuitatibus deinceps positis Gythio & Trinasso, po  
 steriore ait esse nauale lacedemoniorũ, quũ sit e cõtrario Gy  
 thio sue gytheũ nauale lacedemoniorũ nõ Trinassos ut testis  
 rur Cicero tertio officiorum Linius in Bello macedonico Poly  
 bius & Strabo. Cuius interpres nescio quid sibi uolens pro  
 epineõ hoc est nauale emporiũ cõuertit. Nec trinassos ut hoc  
 quoq; notem in Ptolemæo recte scriptum est cum duobus. ff.  
 & accentu in prima. Scribendum enim cũ unico. s. & accẽtu  
 in ultima sic dicta a tribus insulis exiguis e regione ipsius  
 urbis auctore Pausania in Laconicis. & infra.

Error Strabas  
 nis interptis.

In Ptolomeo  
 locus castiga  
 tus.

Error interps  
 tis Strabonis.

Vitiũ in Pto  
 lemæo corres  
 ctum.

¶ In afineo flumē Pamissum, In Cyparissia Alpheus. Scribe Pamisus non pamisum & cum uno. s. tantum ex Strabone. Pausania. Plinio, Ptolemæo, apud quem tamen mendose Panisus pro Pamisus & latine & græce scriptum est. Legendū præterea Cyparissio non Cyparissia, de sinu enim loquitur. et infra. ¶ Hinc Cyparissus, Illinc Afine. Scribe. Huic Cyparissus, Illi Afine. & infra. ¶ Messenij Pylijq; terras colunt, & ipsa pelago Pylos adiacet. Tres fuere urbes Pyli. Pylus Messenica, regni nestorei, alio nomine Coryphasum. Alia Arcadiae patria nestoris. Tertia Eleæ regionis prope petrā Olientam. Hæc ex Homeri expositore. Cæterum plaga ab utraq; parte Alpei fluij Pyliorum terra dicitur. Et cum sint tres pyli ut dixi, Pylus Nestoris patria (quæ & Triphylia dicitur & Lepreatica & Arcadica) a mari remota est stadij. xxx. reliqua mari propinqua. At Pylum nestoris regiam Homerus in principio tertij libri Odyssæa mari propinquam facit. Item Ptolemæus in ora eam locat. Cui contributa erant non solū aliæ pyli sed etiam sex amplius urbes. Enneapolim enim fuisse se Pylum enarrator homeri prodit, hoc significasse scribens, nouem illas sedes quas in littore pyliorū homerus fuisse tradit. De qua Ouidius. Nos Pylō antiquam neleia nestoris arua. &c. Et Strabo omnia loca Nestori subdita quæ fuerunt tria, Olympia cuius pars Pisa, Et Triphylia, & Cauconia, & uniuersam illam plagam usq; ad Messenem Pylū appellasse Homerum refert. Legendum ergo in Mela. At ipsa pelago Pylos adiacet, hoc est Pylios interiora colere, At ciuitatē Pylon Nestoris regiam, mari propinquam esse. & infra. ¶ Maris id nomen est angusti & uelut freti lacus ore frequenti incidēs inter Aetolos &c. Scribendum puto. Maris id nomen est, angusto ore uelut freti, latiore fronte, incedens inter ætolos.

Pylos Ennea  
polis.

Et. posset etiam legi angusto ore uelut flumio, ut de gadibus:  
 Ea; a continenti angusto spacio & ueluti flumine abscissa.  
 & in Cilicia. Ibi ingens annis ingenti fronte se extollens.  
 & infra. ¶ In eo ad septentrionē spectare littora incipiunt.  
 Sincerior lectio. Ab eo ad septentrionem &c. Similis menda  
 castigata est supra. In Macedonia prima est Thessalia, pro A.  
 Macedonia prima est Thessalia. & infra. ¶ Et notior aliquā  
 do nomine Calidō & Euenus. Scribo. & notiora aliquando  
 nomina Calydō & Euenus. Lucanus in sexto. & Meleagrea  
 maculatus sanguine nessi Euenos Calydona secat. Scribendū  
 enim cum. y. tenui in secunda ex Strabone. Stephanō. Home  
 ro & omnibus. & infra. ¶ Facit sinus qui angustis faucibus  
 Legendum fortasse. Facit situs, quippe angustis faucibus  
 reliqua. & infra. ¶ Et quæ minus mille passibus pateant.  
 Polybius in quarto uix sexcentis passibus scribit patere os si  
 nus Ambracij. Cui subscribit Strabo, paulo maius faciens  
 quattuor stadiorum. In Plinij impressis codicibus locus hic  
 mutilatus habetur. Maximeq; inquit nobilitatus Ambracius  
 sinus, faucibus spaciosum æquor accipiens, Codex uetustus.  
 Maximeq; nobilitatus Ambracius sinus faucibus passuum.  
 Numerum autem librariorum incuria præterijt. Legendum  
 igitur in Plinio. passuum. d. Verum expendamus exactius an  
 hæc uerba Pomponij alio magis pertineant. Nam auctore te expensus  
 Thucydide libro secundo os sinus Corinthiaci siue ut ipse no  
 minat Crisei, quod pomponius paulo ante Rhion uocauit,  
 septem est stadiorum, quæ cum propius accedant ad Millena  
 rium numerum, uidentur Rhio potius conuenire quam ori  
 sinus Ambracij, atq; illuc esse transferenda, ut fortase hic pos  
 situs sit alienus numerus, Illic desideretur proprius, & legen  
 dum sit hic, angustis faucibus quingentorum passuum, illic

Plinij locus  
 mutilatus

Locus accur  
 et expensus

angusto ore & quod minus mille passibus pateat, latiore fronte. &c. & infra, **A**mbracia Aeacidarum regia Pyrrhiq;. Bus troton ultra est. **Q**uod attinebat addere Pyrrhi, post uerbum illud aeacidarum, quasi pyrrhus non fuerit unus aeacidarum. **Q**uod uel illo Silij uersu constat. Hic spolia aeacidae: Hic epiroti

Mos familiaris Mele in claudendis p uintijs.

ca signa. Puto igitur scribendum. **A**mbracia Aeacidarum regia. Epiriq; buthrotos ultima, ut postremum uerbum, est. res dundet, usitatissima Melæ consuetudine claudendi regiones his uocibus. Finis. Terminus. Vltimus & huiusmodi. **E**sse aus

si potest castigatam ultimam urbem epiroti Buthrotos. occidentem uersus Ptolemaeus ut ceteris super sedeam tradit. Scribitur autem Buthrotos cum aspiratione in media Stephano. Straboni. Ptolemaeo. & neutra quidem terminatione Ptolemaeo & Straboni, in os. autem Stephano desinit, qui per. t. exile in secunda proferri a Lepido tradit Buthrotos. & infra. **P**arthini & Dassaretia. Lego. Partheni ex Stephano qui a Partho urbe bellilyria gentile nomen deducit Partheni. Sic etiam proferunt Plinius tertio & Appianus in Illyrico. Strabo solus Partheni sed uitiose sicut & Tibarini in eodem legitur corrupte pro Tibareni & pleraque huiusmodi. Eadem quoque menda in Caesaris commentarijs. Dassaretios uero Strabo in septimo cum unico. s. & tertia graecorum inflexione nominat. Stephano & Polybio per duplex & prima & .i. in penultima Dassaretij. Plinius dassaretas sed corrupte ut reor appellat. Videtur autem Strabo quos alias reminauerat Dassaretios, rursus diuerso nomine Sesarafios dicere. Adeo auctores alij ab alijs, non nulli etiam a se ipsis dissentiunt, & infra.

ultima urbem epiroti Buthrotos. occidentem uersus Ptolemaeus ut ceteris super sedeam tradit. Scribitur autem Buthrotos cum aspiratione in media Stephano. Straboni. Ptolemaeo. & neutra quidem terminatione Ptolemaeo & Straboni, in os. autem Stephano desinit, qui per. t. exile in secunda proferri a Lepido tradit Buthrotos. & infra. **P**arthini & Dassaretia. Lego. Partheni ex Stephano qui a Partho urbe bellilyria gentile nomen deducit Partheni. Sic etiam proferunt Plinius tertio & Appianus in Illyrico. Strabo solus Partheni sed uitiose sicut & Tibarini in eodem legitur corrupte pro Tibareni & pleraque huiusmodi. Eadem quoque menda in Caesaris commentarijs. Dassaretios uero Strabo in septimo cum unico. s. & tertia graecorum inflexione nominat. Stephano & Polybio per duplex & prima & .i. in penultima Dassaretij. Plinius dassaretas sed corrupte ut reor appellat. Videtur autem Strabo quos alias reminauerat Dassaretios, rursus diuerso nomine Sesarafios dicere. Adeo auctores alij ab alijs, non nulli etiam a se ipsis dissentiunt, & infra.

Locus strabonis.

Tibareni & pleraque huiusmodi. Eadem quoque menda in Caesaris commentarijs. Dassaretios uero Strabo in septimo cum unico. s. & tertia graecorum inflexione nominat. Stephano & Polybio per duplex & prima & .i. in penultima Dassaretij. Plinius dassaretas sed corrupte ut reor appellat. Videtur autem Strabo quos alias reminauerat Dassaretios, rursus diuerso nomine Sesarafios dicere. Adeo auctores alij ab alijs, non nulli etiam a se ipsis dissentiunt, & infra.

Locus cesaris

per duplex & prima & .i. in penultima Dassaretij. Plinius dassaretas sed corrupte ut reor appellat. Videtur autem Strabo quos alias reminauerat Dassaretios, rursus diuerso nomine Sesarafios dicere. Adeo auctores alij ab alijs, non nulli etiam a se ipsis dissentiunt, & infra.

**S**equentia paulatim Encheleæ. Lego. Sequentia Taulantij. Encheleæ. Nam Taulantij in hoc tractu populi sunt



adeo clari ut a nullo non celebrentur. Earum urbes sunt Dyrrachium & Apollonia Ptolemaeo, Stephanus & Taulantios & Taulantinos uocari ait, Procopius Talantios appellat, si non est uitiū in exemplari. Encheleas autem Strabo Encheliar nominat. Stephanus Encheleas & Encheleos & Engelanas. & infra.

¶ Phæaces. Fuit quando putavi legendum non Phæaces sed phrygi postea legi in Appiano secundo bellorum ciuiliū Corcyraeos hoc est Phæacas habitasse urbem Dyrrachium. ampliandum itaq; censui iudicium. Phrygorum meminit etiam appianus eodem libro, quos phrygas tamen non phrygos nominat. & infra. ¶ Urbium prima est Oricon, Sic Ptolemaeus & plinius neutra terminatione. At Stephanus ex auctoritate Hecatæi & admirandi ut ipse appellat Artemidori Oricos enunciat, quos secutus Lucanus, et qui dardaniā inquit tenet Oricon. & infra. ¶ Narona. Tragurium. Lego Naron non Narona ex Strabone septimo. & infra. ¶ In quātur res transeunt, Aliena uerba, non Melæ, & infra. ¶ Amnes autem Aëas & Nar, Italiæ fluius est Nar urbem Narniam ab eo nominatam alluens teste uel summo poeta in septimo & Seruio in eum. Item & Claudiano. Quapropter Naro hie legendum non Nar ex Strabone, Stephano, Plinio, Appiano in Illyrico quinq; men dedit Naroni ciuitati de qua mox ante. Nec Pomponius. Nar scriptum reliquit ut Heilmolaus sentire uidetur sed librorum est ac correctorum ea culpa. & infra. ¶ Et Danubius qui iam dictus est Ister. Legendum puto. & alius ab eo qui iam dictus est Ister. Nam supra de istro qui in pontum decurrit dictum fuit. Cuius an sit alueus hic istriae fluius, magna inter antiquos scriptores contentio fuit. Quam si uellem ad longum persequi

Verba adu-  
ltera.

citatis utriusq; opinionis fautoribus, alterum esset opus. Ma-  
ior pars negat, inter quos Diodorus in quinto deceptos qui  
esse tradant, uocis unitate putat. & infra. ¶ Tergestum ino-  
timo in sinu adria Ptolemæus Tergestum nominat. Strabo,  
Plinius & ipse Pomponius infra Tergeste.

¶ Italia. Caput. III.



E Italia magis, quia ordo exigit, quam  
quia monstrari eget, pauca dicentur: nota  
sunt omnia. Ab Alpibus incipit in altum  
excedere, atque ut procedit, mediâ se pers-  
petuo Apænini montis iugo attollens, in-  
ter Adriaticum & Thuscum, siue, ut aliis

ter eadem appellantur, inter Superum mare & Inferum ex-

nunc uocatur, diu solida. Verum ubi longe abit, in duo cornua scindi  
tur, respicitque altero Siculum pelagus, altero Ionium; tota

angusta, & alicubi multo quam unde cœpit angustior. Intes-  
riora eius alia, aliæque gentes habitant. Sinistra parte Carni-

en & Veneti eorum togatam Galliam. Tum Italici populi, Pis-  
centes, Frætani, Dauni, Appuli, Calabri, Salentini. Ad dexter-

am sunt sub Alpibus Ligures, sub Apænino Hetruria, Post-  
Romania Latium Volsci, Campani, & super Lucaniam Brutii, Urbini

que procul a mari habitantur opulentissime sunt, ad sinistra  
Patanium Antenoribus, <sup>modona</sup> & <sup>bononia</sup> Bononia, Romanorum co-

loniæ: ad dexteram, Capua a Thuscis, & Roma quondam a  
pastoribus condita: nunc si pro materia dicatur alterum opus.

At in oris proxima est a Tergeste Concordia. Interfluit Tis-  
maurus, nouem capitibus exurgens, uno ostio emissus: deinde

Natiso non longe a mari ditem attingit Aquileiam: ultra est  
Altinum.

Altinum. Superiora late occupat littora Padus. Namque ab imis radicibus Vesuli montis exortus, paruis se primum fontibus colligit, & aliquatenus exilis ac macer: mox alijs animibus adeo augetur atque alitur, ut se per septem ad postremum ostia effundat. Vnum de ijs magnum Padum appellat: inde citus profilit, ut discussis fluctibus diu qualem emisit undam agat, suumque etiam in mari alueum seruet, donec eum ex aduerso littore Istriae eodem impetu profluens; Ister amnis excipiat. Hac re per ea loca nauigantibus, qua utriusque amnes eunt, inter marinas aquas dulcium haustus est. A Pado ad Anconam transitur Rauennam, Ariminum, Pisaurum, Fanestris colonia, flumen Metaurus, atque Eflis, & illa in angusto illorum duorum promonteriorum ex diuerso coeuntium, inflexi cubiti imagine sedens, ac ideo a Graijs dicta Ancona, inter Gallicas Italicasque gentes quasi terminus interest. Hanc enim praegressos Piceni littora excipiunt, in quibus Numana, Potentia, Claterna, Cupra, urbes. castella autem, Firmum, Adria, Truentum: idem ei flumio, qui praeterit, nomen est. Ab eo Senogallia maritima, ad Aterni fluminis ostia. Vrbes Bucara & Histonium. Dauni autem Tifernum amnem, Cliterniam, Lucrinum, Theanum, oppida, montemque Garganum. Sinus est continuo Apulo littore incinctus, nomine Vrias, modicus spacio, pleraque asper accessu. Extra, Sympuntum, uel ut Graij dixerunt, Sipyus, & flumen, quod Canusum attingens, Aufidum appellant. Post, Barium, Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudiae: & in Calabria Brundisium, Valetium, Lupiae, Hydrus mons, tum & Salentini campi, & Salentina littora, & urbs Graia Galipolis, Hucusque Adria, hucusque Italiae latus alterum pertinet. Frons eius in duo quidem cornua (sicut supra diximus)

nunc vo ca  
fuit po.

quae deducta  
est infana  
fortuna

picenum

ex Leone

ab eo Samniti  
maxima l

lora tenen

Aterni flum  
nis ostia

ab eo Samnites maxima lora  
tenent ad Aterni fluminis ostia ita  
Leo ex Arab. et Pto. et omnibus scrib.

scindit. Cæterum mare, quod inter utraque admisit, tenuibus promontorijs semel iterumque distinguens, non uno margine circuit, nec diffusum patensque, sed per sinus recipit. Primus Tarentinus dicitur, inter promontoria Salen, & Laciniam, in eoque sunt Tarentus, Metapontû, Heraclea, Croto, Turium. Secundus Scyllaceus, inter promontoria Laciniû & Zephyrium, in quo est Petilia, Cæcinum, Scyllaceum, Misstra. Tertius inter Zephyrium & Brutium, Consiliniû, Causloniam, Locrosque circumdat. In Brutia sunt, Columna regia Rhegium, Scylla, Taurianum, & Metaurum. Hinc in Thuscum mare deflexus est, & eiusdem terræ latus alterum Tesrina, Hipponunc Vibon, Temesa, Clampetia, Blanda, Buxetum, Velia, Palinurus, olim Phrygiæ gubernatoris, nunc loci nomen: Pestanus sinus, Pæstum oppidum, Silarus amnis, Piscentia, Petræ, quas Sirenes habitauere: Mineruæ promontorium, opima Lucaniæ loca, Sinus Puteolanus, Surrentû, Herculanæum, Vesuij montis aspectus, Pompeij, Neapolis, Puteoli, Lacus Lucrinus, & Auernus, Baiæ, Missenum, id nunc loci, aliquando Phrygiæ militis nomen, Cumæ, Linternû, Vulturinus amnis, Vulturinum oppidum, amœna Campaniæ littora, Sinuessæ, Liris, Minturnæ, Fornuæ, Fûdi, Tarracina, Circes domus, aliquando Circeij, Antium, Aphrodisium, Ardea, Laurentum, ostia citra Tyberim in hoc latere sunt. Ultra Phrygiæ, Anio. Castrum nouum, Grauisca, Cossa, Telamon, Populonia, Cecina, Pisa, Hetrusca, & loca, & nomina. Deinde Luna, Ligurum & Liguria, & Genua, Sabatia, & Albiganum. Tum Paulon, & Varum flumina, utraque ab Alpibus delapsa: sed Varum, quia Italiam finit, aliquanto notius. Alpes ipsæ ab ijs littoribus longe lateque diffusæ, primo ad septentrionem magno gradu excurrunt: deinde ubi Germania

attigerunt, uerso impetu in orientem abeunt, diremptisque populis immanibus, usque in Thraciam penetrant.

¶ Ex Italia.

¶ SINISTRA parte carni & Veneti colunt, Aldus. Si  
nistram partem. Vide an legendum sit, Ad sinistram partem  
nam sequitur, Ad dextram sunt sub Alpibus ligures. & ins  
fra. ¶ Inde citus profilit, Aldus. Inde tam citus profilit. &  
infra. ¶ A Pado ad Anconam transitur Rauennam, Verba  
tum conuersa, tum etiam deprauata. Castigo A Pado transi  
to ad Anconam, Rauenna Ariminum & c. locutione honesta  
& a doctissimis etiam non fastidita, ut Cornelio Tacito reg Locutio doctis  
nata ciuitas, & ipsi Melæ in hispania & quo magis penetra usurpata.  
tor angustior. & Cæsari in commentarijs Circuitis castris,  
Inita hyeme, & Ammiano Marcellino Tanai transito libro,  
xxxi. & plura huiusmodi. Legendum præterea Anconem nõ  
Anconam ex geographis omnibus & poetis Lucanus. Illinc  
Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon, & Silius. Stat sua  
care colus nec Sidone uilior Ancon, Anconis autem hic habes  
tur mentio quod sit terminus inter gallicas de quibus nunc  
agit, & Italicas gentes de quibus postea dicturus est. &  
infra.

¶ Fanestris colonia. Legendum puto non fanestris colonia  
sed fanum fortunæ. Sic eam Ptolemæo, Sic Strabone, Sic Plin  
nio. Sic omnibus nominantibus. Stephanus fanam uocat, si  
quod uereor menda non sit in exemplari. Alioquin a fano fa  
nensis possessuum magis ex analogia quam fanestris fieret.  
Anima. Inuertendum autem diligenter, Senegalliam urbem  
quæ non multo post librariorum culpa reddita est, post hæc

uerba fanum fortuna locandam esse, ex Strabone, Ptolemæo, Plinio. Nam Mela Aesin fluuium inter fanum & Anconem statuit. Porro Strabo eundem Aesin fluere ait inter Senegalliam & Anconem, ergo inter fanum & Aesin est Senegallia. & infra. ¶ Flumen Metaurus atq; Aesin. Strabo cum. a. diphthongo Aesin. Ptolemæo Asia nominatur si codex quod dubito sincerus est. Præterea cum sint duo fluuij melius legetur flumina siue fluuij quam flumen. & infra. ¶ Et illa in angustio illorum duorum promotoriorum e diuerso coeuntium inflexi cubiti imagine sedens. Lego longe aliter. At illa in angustio illo cumeri promontorij e diuerso coeuntis inflexi cubiti. &c. Neq; enim Strabo Plinius ue qui de Anconis situ disserunt, duo illi promontoria attribuunt, sed unum tantum quod Plinius cumerum nominat forte a coeundo dictum. & infra. ¶ Hanc enim prægressos. puto redundare uerbum enim. & infra. ¶ In quibus Numana. Scribo in quo, uidelicet Piceno. Sic enim uocatur regio Picentium Plinio in tertio. & infra. ¶ Adria. Truentum. Ptolemæus Truentinum. Strabo Druentum fluuium & oppidum. & infra. ¶ Idem ei fluuiio qui præterit nomen est. Melior lectio. Id ei a fluuiio qui præterit nomen est. & infra. ¶ Ab eo Senogallia maritima. Ostensum est ubi locanda sit Senegallia. Nunc addo Ptolemæo esse Senagalicam, Straboni Senegalliam. Plinio Senogallia. Silio Senæ in octauo & Senonū de nomine Senæ. In. xv. autem Senam gallicam. qua Sena relictum gallorum a populis traxit per sæcula nomen. Restituto autem in proprium quem dixi locum uerbo Senegallia, sequitur proxime Maritima nomen oppidi, cuius meminit Ptolemæus. Insignitamen in eo siue librariorum siue correctorum errore. duorum enim oppidorum nomina miscentes, unum fecere, Cupram maria

Ptolemæi loci  
cus insignis

timam scribendo. Causa erroris, quod prope erat altera Cuius  
 Pra cognomine montana, ad cuius differentiam putauerunt  
 hanc dictam esse maritimam. Est etiam Maritima oppidum  
 in Narbonensi. Et infra. ¶ Dauni autem Tifernum am-  
 nem. Legendum puto Daunij habent Tifernum amnem, ut  
 in hispania. Sequens Illicitanus Alonem habet Et lucentiam.  
 Ptolemæus permutatis prioribus syllabis fiternum nominat  
 ut nescio an mendose, sic scio, fieri hoc subinde apud auctores.  
 Et ut uno interim ex multis exemplo contenti simus, urbem  
 pifidiam, Sagalassum, Straboni, Stephano. Ptolemæo. dictam,  
 Arrianus historicus Salagassum nominat. Nec est dubitandum  
 de fide codicis impressi, sic enim habent duo scripti Et uetus-  
 sticodices quibus utor familiariter. Hermolaus uero qui in  
 Plinij quinto emendat legitque Sagaleffus cum. e. in tertia syl-  
 laba, unde id acceperit nescio. Strabo certe cuius auctoritate  
 nititur Et ceteri quos legerim Sagalassus omnes, nemo Sa-  
 galeffus. Et infra. ¶ Lucrinum Theanum. Lego Larinum non Lus-  
 crinum ex Plinio. Stephanus ut arbitror Larinam uocat, In quo Stephanus  
 falso Lauiniorum esse scriptum est pro Dauniorum. Memis correctus.  
 nit Et Larini Ptolemæus sed in frentanis collocat uicinis dau-  
 niorum. Teanum uero sine ulla aspiratione scribendum. Est  
 que duplex Teanum. Alterum Apulum de quo hic Mela, Al-  
 terum Campaniam quod Plinius appellat in tertio Silicinum  
 sed corrupte ut opinor. Videtur enim legendum Sindicenum  
 a Sindicenis gente quae defecit Straboni quinto et si Hermo-  
 laus in tertio. pli. castig. Sidicinum legat quod non probo. Et  
 infra. ¶ Extra Sympuntum, uel ut graeci dixerunt Sypius, Ptole-  
 mæus Et Strabo Sepus nominat accentu in ultima circumfle-  
 xo, non Sympuntum. Strabo dictam a graecis ait Sepius eodem  
 deu accentu in ultima a Sepijs in id littus eiectis. Proinde

ex eorum auctoritate lego in pomponio. Extra Sepus uel ut  
 graij dixerent Sepius. Stephanus quod miremur cum. i. in pri  
 ma Sipus. & infra. ¶ Brundisium. Valetium. recte qui pro  
 Valetium substituerunt Valesium. & infra. ¶ Hydrus  
 mons, Tum & Salentini campi. Legendum opinor Hydrus.  
 Soletum & Salentini campi. Plinius. Ab hydrunte inquit So  
 letum desertum. Præterea Ptolemæus. Strabo. Stephanus.  
 Pausanias. Plinius etiam alibi, Hydrus omnes efferunt. Stras  
 bo cum. i. in prima, ceteri cum. y. & infra. ¶ Et urbs graia  
 Gallipolis. Scribendum uidetur. & urbs gallica Gallipolis.  
 Plinius in tertio. In ora inquit Senonum Gallipolis, quæ nunc  
 Anxa. Erit igitur gallipolis dictio composita ex uoce græca  
 & latina, quod etsi raro, aliquando tamen fit. ut in Epitogni  
 & Epirredium monstrat Quintilianus. Alioqui græci ipsi,  
 galliam latino nomine interdum appellant ut ostendit Ste  
 phanus. & infra. ¶ In duo quidem cornua sicut supra dixi  
 mus scindit. Scribo Scinditur, ut circa initia italia. uerum  
 ubi longe abit in duo cornua scinditur. & infra. ¶ Inter  
 promontoria Salen & Lacinium. Lege Salentinum & laci  
 nium. De Salentino Plinius in tertio, & infra.

¶ Tarentus. Metapontum. Legendum Tarentum neutra  
 desinentia, uel ex illo iuuenalis uersu atque coronatum &  
 petulans madidumque Tarentum. Ita Plinius ceteri que.  
 Præterea Metapontium appellant non Metapontum. Stras  
 bo. Ptolemæus. Stephanus. & infra. ¶ Croto Turium. Thur  
 rium primam cum aspiratione, Ptolemæus. Strabo, Stepha  
 nus, Plinius. Ea si Stephano fidem habemus prius dicta est  
 Sybaris postea copie. nominatur etiam eidem Thuria &  
 Thuriij. & infra. ¶ In quo est Petilia Ptolemæus. Strabo,  
 Stephanus, Petelia cum, e, longo in penultima. & infra.



¶ Scyllaceum, Mistræ. Scylletion urbs italiae colonia atheniense sum duce Mnestheo, postea auctore Strabone dicta est Scylacion. sicq; Stephanus eam nominat. Sinus autem ab ea dictus eidem Straboni appellatur Scylleticus. Ptolemæo uero Scylacios. Vnde apud uirgilium in tertio, & nanfragum Scylacion legendum erit cum unico. l. siue oppidum intelligas, siue secundum ptolemæum sinum. Item Abystron neutro genere urbem in mediterraneo magna græcia inuenio apud Ptolemæum coniunctim cum petelia. Itaque dubito an in Plinio & Pomponio legendum potius sit Abystron quam mystra ut in Plinio, aut mystræ ut in Pomponio. & infra.

¶ In Brutia sunt. Aldus rectius. In Brutio. uocatur enim Brutiorum ager, Brutium, ut Latinorum latium, Picentium Picenum. & infra. ¶ Rhegium, Scylla. Scribo cum duplici. ll. & .æ. diphthongo in penultima Scyllæon. Promontorium est & statio nauium Straboni. Ptolemæo. Stephano. at plinio oppidum. & infra.

¶ Taurianum & Metaurum. Scopulus est Taurianus Ptolemæo. Oppidum Plinio Tauranium. Regionis Tauraniæ super thurios Strabo meminit. Stephanus urbem facit italiae Tauriam, Scribendum item Metaurus non Metaurum ex Strabone & Plinio. & infra. ¶ Hipponion nunc Vibon. Strabo & Stephanus Hipponion non Hipponion: Ptolemæo etiam sinus est Hipponiatis proculdubio ab Hipponio. quamuis Stephano ratione analogiæ magis placeat ab Hipponia deduci. Item Strabo Vibona nominat, Ptolemæus Vibon. Plinius quoque Vibon. Præterea puto desiderari in Mela dictionem, Valentia, Legendumque Vibon Valentia ex Strabone. Ptolemæo. Plinio. Stephano apud quem perperam scriptum est annibus Valentia pro Vibona Valentia, siue Vibon ualentia. & infra.

Stephanus  
emaculatus

¶ Temesa potest quidem legi Temesa sive Temese: malo ta-  
men legere Tempsa cum Ptolemæo. Strabone. Plinio. Prius  
inquit Strabo dicta fuit Temese, Nunc Tempsa dicitur. & in  
fra. ¶ Velia Ptolemæus plurimum numero Velia. & infra.

¶ Pestanus sive. Strabo & Ptolemæus cum. æ. diphthongo in  
prima. & infra. ¶ Sinuessæ. Stephanus Sinoessa. in quo falso  
legitur Sicelias pro Italias. Strabo uariat, modo Sinuessæ, mo-  
do Sinoessa proferens. In Ptolemæi exemplaribus in ora cam-  
paniæ falso etiam scriptum est Soessa pro Sinoessa. Constat  
enim ex Strabone Sinoessam maritimam esse ciuitatem latij.  
Suessa autem altera est in mediterraneo eiusdem campaniæ.

Strabonis & Nam has duas urbes Ptolemæus Campaniæ, Strabo Latio at-  
trox mæda ca tribuit. In cuius græco codice atrox mæda inoleuit libro quin-  
stigata. to. cæ Syes Satrapontion te cæ uelitra. Legendum reor & So-  
essa. Clostra. Antiumq; & Velitra. ridicula interpretis trala-  
tione. & infra. ¶ Citra Tiberim in hoc latere sunt. quattuor  
postrema uerba redundant. Dictū fuerat supra. Hinc in thus  
cum mare flexus est & eiusdē terræ latus alterum. & infra.  
¶ Ultra Pyrgi. Anio. Castrum nouum. Mariangelus nō Anio  
hit sed aut Haliū legit ex Strabone, aut Alsum ex. M. Cato-  
ne. Dionysio. Plinio. Antonino. Ptolemæo. & infra. ¶ Grauis-  
cæ. Cossa Ptolemæus numero plurimum Cossæ. Stephanus &  
Plinius numero unitatis Cossa. Virgilius in decimo Cossæ. cū  
Ptolemæo sed unico. s. & prima breui. Quiq; urbem liquere  
cosas Strabo alternat. & infra. ¶ Telamon. Populonia. Pto-  
lemæus. Strabo Plinius. Stephanus. Populonium Virgilius ta-  
men in decimo. Populonia. Sexcentos illi dederat Populonia  
mater. & infra. ¶ Deinde Luna Ligurum & Liguria. Mas-  
riangelus ex Ptolemæo & Plinio Tigulia non Liguria recte.  
& infra. ¶ Sabatia & Albiganum Legendum Albiganus

num ex Strabone & Plinio, In Ptolemæo deprauate scriptū est Albigaunum pro Albingaunum. Sicuti & aliud ante oppidum Albiniminion, cum legendum sit Albion Intimelion ex Strabone in quarto aperte, reddita causa quare utrumq; ita appelletur. Castigandus itaq; Plinius in quo Albion intemelum legitur pro Albion intimelium. & infra. ¶ Tum Paulon & Varum. Lego Paulon & Varus ex Strabone & Ptolemæo, adde etiam si placet Vibio sequestre.

¶ Gallia Narbonensis. Caput. V.



Allia Lemano lacu, et Gebēnicis mōtibus in duo latera diuisa, atque altero Thuscū pelagus attingens, altero oceanum: hinc a Varo, illinc a Rheno ad Pyrenæum usq; promittitur, Pars nostro mari apposita, fuit aliquando Braccata, nunc Narbonensis magis culta, & magis consita, ideoq; etiam latior, Urbium quas habet opulētissimæ sunt, Vasio Vocontiorū, Viēna Allobrogū, Auenio Ca uarum, Arecomiorū Nemausus, Tolossa Tectosagū, Secundanorum Aurasio, Sextanorū Arelatæ, Septumanorūq; Blytera. Sed antestat omneis Atacinorum, Decumanorūq; colonia unde olim ijs terris auxiliū fuit: nunc & nomen, & decus est Martius Narbo. In littoribus aliquot sunt cū aliquibus nominibus loca, cæterum raræ urbes, quia rari portus, & omnis plaga Austro, atq; Africo exposita est. Nicea tangit Alpes, tangit oppidum Decæatum, tangit Antipolis: deinde forum Iulij, Octavianorum colonia, tunc post Athenopolis, & Olbia, & Glanon, & Citharistes, & Halycidon Massiliensium portus, & in eo ipsa Massilia. Hæc a Phocæis oriunda, & olim inter

*L. moris Jura*

*inde prouerb  
um. Colore mo  
Massiliensium*

*urbis abasi* *orum colonia* *ad huc* *morē suum* teneat. Inter eā & Rhodanum maritima  
 asperas posita, nunc ut pacatis, ita dissimilimis tamen uicis  
 na gentibus. Mirū quā facile & tunc sedē alienā ceperit, &  
 Auaticorum stagno assidet fossa Mariana, partem eius amnis  
 navigabili alueo effundit, alioquin littus ignobile est Lapis  
 deum (ut uocant) in quo Herculem contra Albionem, & Ber  
 giona Neptuni liberos dimicantem, cum tela defecissent ab  
 inuocato Ioue adiutum imbre lapidum ferunt: credas pluuisse,  
 adeo multi passim, & late iacent. Rhodanus non longe ab  
 Istri, Rhenique fontibus surgit, deinde Lemanno lacu acceptus  
 tenet impetum, seque per medium integer agens, quantus ue  
 nit egreditur. Inde contra in occidentem ablatum, aliquandiu  
 Gallias dirimit: post cursu in meridiem abducto, hac intrat,  
 accessuque aliorum amnium iam grandis & subinde grana  
 dior, inter Volcas, et Cauaras emittitur. Ultra sunt stagna  
 Volcarum & Ledum flumen, castellum Latara, Mesua collis,  
 incinctus mari pene undique, ac nisi quod angusto aggere con  
 tinenti annectitur, insula. Tum ex Gebennis demissus Atans  
 raris iuxta Agathan, secundum Blyteras Obris fluit, Atax ex,  
 Pyrenæo monte digressus, qua sui fontis aquis uenit, exiguis  
 uadusq; est, & ingentis alioquin aluei tenens, nisi ubi Narbos  
 nem attingit, nusquam navigabilis: sed cum hybernis intus  
 multum imbribus, usque eo solitus insurgere, ut se ipse non cas  
 piat. Lacus accipit eam Rubresus nomine, spaciosus admodum:  
 sed qua mare admittit, tenuis aditu. Ultra est Leucata littor  
 ris nomē, & Salsusæ fons, nō dulcibus, sed salstioribus quā ma  
 rinæ sint, aquis defluens. Iuxta campus minuta arundine, gra  
 cilique peruiridis, cæterum stagno subeunte suspensus: id ma  
 nifestat media pars eius, quæ abscissa proximis, uelut insula  
 natat, pellicque se atque attrahi patitur: quin & ex his quæ ad

inum per fossa sunt, suffusum mare ostenditur: unde Graijs, nostris que etiam auctoribus, uerine ignorantia, an prudentibus etiam mendacij libidine, uisum est tradere posteris, in ea regione piscem e terra penitus erui, qui ubi ex alto hucusque penetravit, per ea foramina ictu captantium interfectus extrahitur. Inde est ora Sardonum, & parua flumina Thelis, & Thicis: ubi accreuerere, per saeuacoloniam Rusci non uicibus Eliberri magnae quondam urbis, & magnarum opum tenue uestigium. Tum inter Pyrenaei promontoria portus Veneris est in sinu salso, & Ceruaria locus, finis Gallia.

¶ Ex Gallia Narbonensi,

¶ Gallia Lemano lacu, Strabo cum .a. in fine & cum duplici .n. Limennā appellat, Ptolemæus cum uno .n. & .e. longoin si Strabo correne Limenē. In Strabonis quarto ubi de Rodani & Araris coiectus. tu differit oscitantes librarij Megale scripserunt pro Limene. Rodanus enim Lemano lacu excipitur Plinio & Pomponio auctoribus. & infra. ¶ Auenio Cauarum. Cauaros tertio ordine nominat Ptolemæus. Cuaros Strabo. Cauares Plinius. & infra. ¶ Arecomicorum Nemausus, Strabo & Ptolemæus cum, i. in secunda Aricomicos, Ptolemæus sine, c. Aricos mios, & item Strabo, qui aliquando. adiecta, s. postrema syllaba Aricomiscos nominat. & infra. ¶ Secundanorum Aurauisio. Scribendum. Arauisio. ex Strabone. Ptolemæo. Plinio. & infra. ¶ Sextanorum Arelatæ sic quidem Strabo cum, a. diphthongo in fine Ptolemæus tamen neutro genere Arelatum. & infra. ¶ Septumanorumq; Blytera. Ptolemæus Batiræ. Strabo Biltera. Plinij uetus codex Beterre. & infra.

¶ In littoribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca,

Mellem legeres littore quam littoribus. uel si placet scribe in littore eius. Dicitio etiam aliquibus Ociosa est. & infra. **¶** Ni ceat tangit Alpes. Scribendum cum. v. diphthongo in media. Nicaea. ex Strabone. Ptolemæo. Stephano. & infra.

**¶** TANGIT oppidum Deceatum. Tangit Antipolis. Scribendum uidetur. tangit oppidum Deciatorum Antipolis. ut superfluat uerbum tangit secundo positum, ex Ptolemæo, cui Antipolis. Deciatorum urbs est. Strabo Deceatas appellat primo flexu. Plinius modo Deceatas modo Deciatas. Possset tamen retineri antiqua lectio, si Deciatum legas ex Stephano, cui urbs est Italiae Deciatum. & infra. **¶** Maritima Auaticorum Stagno assidet. Legendum fortasse non, Stagno assidet. sed Stagnū Astromela. Cuius ut celebris mentio apud. Plinium & Stephanum. qui non Astromella nominat sed Mastramelle, tum stagnum, tum ciuiatē eiusdem nominis per. a. in tertia a fine & duplex. ll. & ita in Plinio legēdum uidetur. & infra. **¶** Post cursu in meridiem abducto, hac intrat. Scribendum reor, hanc intrat, hoc est Narbonensē. quod innuit Strabo his uerbis. Deinceps de Aquitanis & de attributis illis gentibus gallicis numero. xiiij. dicendū est, quæ inter garumnā & ligerin habitant, ex quibus nonnulli rhodani annis assumunt regionem camposq; narbonenses. & Cæsar in commentarijs lacu Lemano & Rodano flus uio prouintiam romanorum ab Eluetijs dirimi ait. & infra. **¶** Ex gebennis demissus Arauraris. Strabo Rauraris. Ptolemæus Araurias siue Araurios, & infra. **¶** Secundum Blyteras Obris fluit legendum ut dictum est Bilteram ex Strabone & Ptolemæo. Cui Orobis fluuius est, cæteris cū pōponio Obris. & infra. **¶** Exiguus uadusq; & ingentis alioquin aluei tenēs. Legō. exiguus uadusq; & ingenti se alioquin alueo tēdens.

Mastramelle  
stagnum.

Plinius castis  
gatus.

& infra. ¶ Thelis & Thicis ubi accreuerē immania sunt. Ruscino. &c. Sic aldus. Lego Thelis & Thicis ubi accreuerē immania. Sunt Ruscino. &c. & infra. ¶ Tum inter Pyrenæi promontoria portus ueneris est in sinu salso. &c. Scribo diuersa & lectione & disputatione. Tum in Pyrenæi promontorio templum ueneris, et in sinu salso Ceruaria. &c. Nam omnes in hoc tractu Pyrenæi promontorium & in eo templum ueneris noscunt, nemo portum. Præterea an sit dictio illa. salso, adiectitia dubito.

Pyrenæi promontorium nō portus.

¶ Hispania.

Caput.

VI.



Pyrenæus primo hinc in Britannicum procurrat oceanum: tum in terras fronte conuersus, Hispaniam irrumpit, & minore eius parte ad dextram exclusa trahit perpetua latera continuus, donec per omnem provinciam longo limite immissus, in ea

littora, quæ occidenti sunt aduersa, perueniat. Ipsa Hispania, nisi qua Gallias tangit, pelago undique incincta est: ubi illis adheret, maxime angusta, paulatim se in nostrum mare & oceanum extendit, magis, magis que latior ad occidentem abit, ac fit ibi latissima. Viris, equis, ferro, plumbo, ære, argento, auroque tam abundans, & adeo fertilis, ut sicubi ob penuriam aquarum effæta, & sui dissimilis est, linum tamen aut spartum alat. Tribus autem est distincta nominibus, pars que eius Tarraconensis, pars Bætica, pars Lusitania uocatur. Tarraconensis altero capite Gallias, altero Bæticiam Lusitaniam que cōtingens, mari latera obijcit nostro qua meridie: qua septentrionem spectat, oceano, illas fluminis Anas separat

portugal  
guadiana

Et ideo Batica, maria utraque prospicit, ad occidentem Atlanticum, ad meridiem nostrum. Lusitania oceano tantummodo obiecta est, sed latere ad septentriones, fronte ad occasum. Urbium de mediterraneis in Tarracōensi clarissimæ sunt Pallantia & Numantia, nunc est Cæsaraugusta. In Lusitania, Emerita: in Batica, Astigi, Ispalis, Corduba. At si litora legas, a Ceruaris proxima est rupes, quæ in altum Pyreneum extrudit: dein Thicis flumen, ad Rhodam: Clodianum, ad Emporia: tum mons Iouis, cuius partem occidenti aduersam, eminentia cautum, quæ inter exigua spacia ut gradus subinde consurgunt, Scalas Annibalis appellant. Inde ad Tarraconem parua sunt oppida, Blanda, Illuro, Betullo, Barchino, Subus, Tholobi. Parua flumina, Betullo iuxta Iouis motē, Rubricatum in Barchinonis littore, inter Subur & Tholobin maius. Tarraco urbs est in his oris maritimarum opulentissima: Tulcis eam modicus amnis super ingens Iberus deorsum attingit. Inde se in terras pelagus insinuat, & primum magno impetu admissum, mox in duos sinus promontorio, quod Ferrariam uocant, finditur: prior Sucronensis dicitur, maior hic & magno satis ore pelagus accipiens, & quo magis penetratur, angustior. Serabim, & Duriam, & Sucionem, non magna excipit flumina. Urbes complexus, & alias quidem, sed notissimas. Valentiam, & Saguntum illam fide & erum nis inclitam. Sequens Illicitanus Alonem habet, & Lucens tiam, & unde ei nomen est Illicen. Hic iam terre magis in altum eunt, latiore que quam fuerat Hispaniam faciunt. Verum ab ijs quæ dicta sunt, ad principia Baticæ, præter Carthaginem, quem dux Pœnorum Asdrubal condidit, nihil referendum est. In illis oris ignobilia sunt oppida, & quorum mentio tantum ad ordinem pertinet. Virgi in sinu, quem

cartagena

palentia

loria

na c eqi

xa

arcelona

De h<sup>o</sup> memi  
rit Plu. in  
lib. de facta  
maigniamu  
lærum



Virgitanum uocant, Extra, Abdera, Suel, Hexi, Menoba, Malaca: Salduba, Lacippo, Berbesul, Aperit deinde angustissimum pelagus: & proxima inter se Europa, atq; Africa littorā mōtes efficiunt, ut initio diximus, columnæ Herculis Abyla & Calpe, uterque quidem, sed Calpe magis, & pene totus in mare prominens. Is mirum in modum concauus, ab ea parte qua spectat occasum, medium fere latus aperit, atq; inde ingressus: totus admodum peruius prope quantum patet. Sinus, & specus ultra est: in eoque Cartheia (ut quisdam putant) aliquando Tartessos, & quam transuecti ex Africa Phœnices habitant, atque unde nos sumus, cingente fretō, Mellaria & Bello, & Besippo, usque ad Iunonis promontorium oram freti occupat. Illud iam in occidentem & oceanum obliquo iugo excurrent, atque ei quod in Africa Ampehusiam esse dixeramus, aduersum, qua nostra maria sunt, finit Europen.

¶ Ex Hispania.

¶ In ea litora quæ occidenti sunt aduersa. posset etiam legi & commodius obuersa. & infra. ¶ Argēto auroq; tam abundans. Aldus, argento auroq; & tam abundans. Scribo. argēto auroq; etiam abundans. Nam quia tirbuerat hispaniæ copiā ferri. plūbi. æris. ne quis putaret eorū tantū metallorū copiā habere, adiecit argēto etiā auroq; abundare. & infra. ¶ Et ideo batica maria utraq; prospicit. Duæ primæ dictiones falso additæ sunt. & infra. ¶ Ad occidentē atlaticū, ad meridiē nostrū. Scribo. ab occidentē atlaticū, a meridiē nostrū, ut libro primo. Tribus hęc e partibus tagit oceanus. Eous ab oriētē, a Meridie Indicus, a septentrione Scythicus. Parmēda protinus.

Dictiōes duæ  
aduentitiæ.

¶ Sed latere ad septentrionem, fronte ad occasum. Lego. sed  
 latere a septentrione, fronte ab occasu. & infra. ¶ In Batis  
 ca Astygi. Ptolemæus Astygis, Plinij uetus codex Astygi uterq;  
 cum. y. in penultima. Idq; exposcere uidetur etymologiæ ras  
 tio. & infra. ¶ A Ceruaria proxima est rupes quæ in altum  
 Pyrenæum extrudit. emendatior lectio, quam in altum Pyre  
 næus extrudit. Nam magis est rationi consentaneum, magisq;  
 e sensu communi, quod minus est extrudi a maiore quam re  
 tro. & infra. ¶ Deinde Thicys flumen ad Rhodam. Stephe  
 nus Rhoden quod idè est, Ptolemæus Rhodipolin, Strabo Rho  
 dopen. Alioquin Rhodope urbs est Ioniæ Stephano. Prætes  
 rea in codice uetusto Plinij Ticher est hic fluuius non Tichis.  
 & infra. ¶ Clodianum ad Emporia. Ptolemæus Emporias,  
 & item Silius. Phocaicæ dant emporia. Plinij quoq; uetus co  
 dex non aliter legit. Stephanus urbem emporium Massiliens  
 sum ædificiū, galliæ attribuit non Hispaniæ. & infra. ¶ Quæ  
 inter exigua spacia. probatior lectio, quæ intra exigua spas  
 cia. & infra. ¶ Blanda. Illuro. Ptolemæus Diluro. Stephe  
 nus Illurgia penultima producta. Plinij codex antiquus Ilu  
 ro. Omnes cum uno. l. & infra. ¶ Betullo. Barchino. Ptoles  
 mæus cum .æ. diphthongo in prima & unico. l. Bætulo. &  
 Barcino sine aspiratione Ptolemæus & Plinius. & si Plinius  
 Barcine appellat non Barcino. & infra. ¶ Inter Subur &  
 Tholobin maius. Hic etiam hæreo habeam ne pro legitimis  
 hæc uerba, an potius pro nothis & subdititijs & infra.  
 ¶ Tulcis eam modicus amnis super. Scribendum uidetur sur  
 sum potius quam super. sequitur enim confestim ingens ibes  
 rus deorsum. & infra. ¶ Serabin & Duriam & Sucronem.  
 Scribendum Satabin cum .æ. diphthongo in prima ex Ptoles  
 mæo. Quæ sequentem fluuium Turulin nominat non Duriam.

Alij

Alij Turia dicunt. & infra. ¶ Valentiam & Saguntum.  
 Non omittendum Ptolemæum & Plinium neutra termina  
 tione in recto nominare Saguntum. Stephanum. Saguntos.  
 Cui subscribit Silius in tertio. quod tanto cecidit molimine  
 graia Saguntos. & in primo Mandati summa est, dum stat res  
 meate Saguntos. & infra. ¶ Alonem habet & lucentiam.  
 Legendum uidetur Alonas non Alonem ex Ptolemæo. Lucens  
 tium quoq; non Lucentiam Plinius uocat. Ptolemæus lucens  
 tos. et si codices latini lucentum legant. unde conijcio græcum  
 codicem castigandum & pro Lucentoe substituendum Lucē Ptolemæi los  
 ton. & infra. ¶ Et unde ei nomen est Illicen. Plinius cū uno. l. cus.  
 & diuersa desinentia Ilici. Ptolemæus cum duplici Illicitas  
 tus. Codices latini addunt portus. quod si admittimus sinus  
 etiam Illicitatus appellabitur, nō Illicitanus ut paulo ante. et  
 infra. ¶ Hic iam terræ magis. Legendum Hinc iam terræ ma  
 gis. & infra. ¶ In illis oris ignobilia sunt oppida. Ita dispen  
 ge ut tria prima uerba superioribus adiungas. & infra.  
 ¶ Virgi in suu uirgitano. Ptolemæus. Vrce. Plinij uetus cod  
 dex Murci. Seruante adhuc oppido priscum nomen. et si lon  
 gius aliquanto submoto a mari. & infra. ¶ Extra Abdera.  
 Suel. Hexi. Menoba. Strabo & Stephanus cum. e. in secunda  
 Abdera. Ptolemæus & Plinij uetus codex cum. a. in eadē Abs  
 dara. Item Ptolemæus Hex non Hexi. Plinij antiqua lectio  
 uerso afflatu in. s. Sex. Manoba quoque ptolemæus per. a. in  
 prima. Plinius scriptus Menuba cum. e. in prima & .u. in se  
 cunda. Strabo cum. a. diphthongo in prima & .o. in secunda  
 Mænoba. et infra. ¶ Salduba. Lacippo. Berbesul. Ptolemæus  
 post Malacam Saducam fluumium in ora refert, a quo forte op  
 pidum fuit cognomine. Alioquin Salduba oppidum est eis  
 dem Ptolemæo in mediterraneo Turdulorum. Barbesola

quoque Ptolemæo est non Berbesul. Plinij scriptum exëplar  
Barbesula. & infra. ¶ Aperit deinde angustissimum pelagus.  
Puto omissum a librarijs uerbum terras, ut in operis ad  
ditu de oceano. Hoc inquit primum angustum nec amplius.  
x. M. passuum patens terras aperit, Vel Scribe si magis plas  
cet. Aperit deinde sese angustissimum pelagus. ut in Bitby  
nia. Hinc iam sese ingens pontus aperit. & infra.

¶ Atque inde ingressus, totus ad modum peruius prope quan  
tum patet sinus, & specus ultra est. Hæc lectio ipsa se indis  
cat. Scribendum enim permutato ordine, atque inde ingres  
sus totus admodum peruius, prope quantum patet specus est.  
Sinus ultra, & infra. ¶ In eoq; Cartheia. Scribendum Cars  
teia sine ulla aspiratione, ex Strabone, Ptolemæo. & omnis  
bus gregatim græcis ac latinis. & infra. ¶ Et quam trans  
suecti ex africa Phœnices habitant, atque unde nos sumus  
Cingenteratum Melaria. Sic antiqua habent exemplaria.  
Scribendum puto Poeni nō Phœnices, ut paulo ante de Cars  
thagine Hispaniæ, quam dux inquit poenorum Asdrubal con  
didit, & Barcino apud Ausonium punica uocatur. Confir  
mat etiam hanc lectionem, quod Ptolemæus Melariam siue  
ut ipse appellat Menraliam in Bastulis locat qui ut ait poes  
ni cognominantur. De Cætero Hermolaus pro Cingenteras  
tum ut ante legebant exemplaria quod uerbum nos Barbas  
rum & falso Pomponiana lectioni interiectum putamus  
cingente freto supposuit, castigatione ut sentio friuola &  
uix coherente. & infra.

¶ ET bello & Besippo. Belo cum uno. l. Ptolemæus.  
Strabo. & Stephanus. Item Besippo Ptolemæus cum. æ.  
diphthongo in prima, sed interius non in ora, & infra.

¶ Oram freti occupat, Lego occupant, ut referat antes

dicta oppida Carteiam, Melariam, Belonem, Bassipponem.

¶ Mediterranei maris insula. Capu. VII.



Ades insula, quæ egressis fretû obuia est, admonet ante reliquas dicere, quâ in oceani littora trrarumq; circuitum, ut initio promissimus, oratio excedat. Paucæ sunt in Mæotide (inde enim uidetur cõmodissimum incipere) neque omnes tamen incoluntur, nam nec pascua quidem large ferunt. Hac re habitantibus caro magnorum piscium sole siccata, & in puluerem usque confusa, pro farre est. Paucæ & in Ponto. Lence Borysthenis ostio obiecta, parua admodum, & quod ibi Achilles situs est, Achillea cognomine, Non longe accolitur Aria, quæ Marti sacra (ut fabulis traditur) tulit aues cum summa clade aduenientium, pennas quasi tela iaculantes. Sex sunt inter Istri ostia, ex his Peuce notissima & maxima. Thynnias Mariandynorum finibus proxima, urbem habet, quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant. Contra Thracium Bosphorum duæ parua, paruoque distantes spatio, & aliquando creditæ, dictæq; concurrere, & Cyaneæ uocantur, & Symplegades. In Propontide tantum Proconesos habitatur. Extra Hellepontum earum quæ Asiaticis regionibus adiacent, clarissima sunt Tenedos Sigæis aduersa littoribus, & quo dicentur ordine, ad promontorium Tauri montis expositæ: quas quidam dici putauere Macaron, siue quod fortunati admodû cœli soliq; sunt, siue quod eas suo, suorumq; regno Macar occuparat. In Troade Lesbos, et in ea quinq; olim oppida, Antissa, Pyrrha, Ereffos, Ciræa, Mitylene. In Ionia, Chios et Samos, In Caria, Cos, In

Lycia, Rhodos. In illis singulae sunt ipsdem nominibus urbes. In Rhodo tres quodam erant, Lindos, Camiros, Ialysos. Quae contra Tauri promontorium importunae nauigantibus obiacent, Chelidoniae nominantur. In sinu quem maximum Asia recipit prope media Cyprus ad ortum occasumque se immit tens, recto iugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur, ingens ut quae aliquando nouem regna receperit, & nunc aliquot urbes ferat, quarum clarissima, Salamis, & Paphos, & quo primum ex mari Venerem egressam accolae affirmant, Palaeos paphos. Arados etiam in Phoenice est parua, & quantum patet, tota oppidum, frequens tamen, quia etiam subter aliena teeta sedem ponere licet. Parua & Canopos, Nili ostio, quod Canopicum uocant, obuia est. Menelai gubernator Canobus ibi forte moriens, nomen in insula, illa ostio dedit. Pharos Alexandriae nunc ponte coniungitur, olim ut Homerico carmine proditum est, ab eisdem oris cursu diei totius abducta: et si ita res fuit, uideri potest coniectantibus in tantum mutatae causas Nilum praebuisse, dum limbum subinde, & praecipue cum exundaret, littori annectens, auget terras, spatiumque augescens tium in uicina uada promouet. In Africa contra maiorem Syrtim Cuteletos: contra minoris promontoria, Meninx & Cercinna: contra Carthaginis sinum, Tarichiae & Aegathes Romana clade memorabiles. Plures Europae littoribus sunt appositae. In Aegeo mari prope Thraciam Thasos, Imbros, Samothrace, Scandille, Polyagos, Scyathos, Halonesos, & quae aliquando, omnibus qui mares erant caesis, tantum feminae tenuisse dicuntur Atho monti Lemnos aduersa. Pagaseus sinus, Scyathon prospicit, Cicyneton amplectitur. Euboea ad meridiem promontorium Cereston & Caphareum: ad septentrionem, Coeneum extrudit, & nusquam lata, duum mis

lium spatium habet ubi arctissima est, ceterum longa, totis  
 que Bœotia apposita, angusto freto distat a littore. Euripon  
 uocant rapidum mare, & alterno cursu septies die ac septis  
 es nocte fluctibus inuicem uersis, adeo immodice fluens, ut  
 uentos etiam, ac plenis uelis nauigia frustretur. Aliquot in  
 ea sunt oppida, Hestia, Eretria, Pyrrha, Nefos, Oechalia: ues  
 rum opulentissima Carystos & Chalcis. In Attide Helene  
 est nota stupro Helenæ, & Salamis excidio classis Persicæ no  
 tior. Circa Peloponneson etiam nunc in Aegeo Phitiusa,  
 & Aegina Epidaurico littori proxima, Troezenio Calauria  
 inter ignobiles, alias leto Demosthenis nobilis. In Myrthoo  
 Cythera contra Maleam emissa, & Theganusa contra Acris  
 tam. In Ionio Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zaa  
 cynthos, Dulychium, & inter non ignobiles Vlyssis nomine  
 Ithaca maxime illustris. In Epiro Echinades, & Strophades,  
 olim Plotæ. Contra Ambracium sinum Leucadia, & uicina  
 Adriatico mari Corcyra. hæ Thracum, Graiorumque terris  
 obiacent. At interius, Melos, Olearos, Aegina, Catbon, Ios,  
 Thera, Hyaros, Hippuris, Donyfa, Cianos, Chalcis, Icaria, Pis  
 naria, Nisyros, Lebynthos, Calydnæ, Asine, hæ quia dispersæ  
 sunt, Sporades. Ab eis Sicynus, Hypanos, Cythnos, Siphnos,  
 Seriphos, Rhene, Paros, Scyros, Tenos, Myconos, Naxos, Des  
 los, Andros, quia in orbem iacent, Cyclades dictæ sunt. Super  
 eas iam in medio mari ingens, & centum quondam urbibus  
 habitata Crete, ad orientem promontorium Samonium, ad  
 occidentem criu metopō immittit, nisi maior esset, Cys  
 pro similis, multis famigerata fabulis, aduentu Europæ, Pas  
 siphæes & Ariadnæ amoribus, Minotauri feritate fatoque,  
 Dædali operibus & fuga, tum statione atque morte: maxis  
 me tamen eo, quod ibi sepulti Iouis pene clarum uestigium

sepulchrum est, cui nomē eius insculptum esse accolæ ostens-  
 dunt. Virbium notissima Gnosos, Gortyna, Lyctos, Lycastos,  
 Holopyxos, Phæstos, Cydō, Manethusa, Dictynna. Inter colles  
 quod ibi nutritum Iouem accepimus, fama Idæi montis ex-  
 cellit. Iuxta est Asticla, Naumachos, Zephyre, Crise, Gaudos,  
 Et quas Musagoros numero tres uno tamen uocabulo ap-  
 pellant, atque unde Carpathio mari cognomen est, Carpa-  
 thos. In Adria, Absoros, Celaduse, Absyrtis, Issa, Trucones,  
 Hydria, Electrides, nigra Corcyra, Tragurium, Diomedea, Ae-  
 stria, Asine, atque ut Alexandria, ita Brundusio adiacens,  
 Pharos, Sicilia (ut ferunt) aliquando continens, Et agro Brus-  
 tio annexa, post freto maris Siculi abscissa est. Id angustum  
 Et anceps alterno cursu modo in Thuscum, modo in Ionium  
 pelagus perfluit, atrox, sæuum, et Scyllæ Charybdisque sæuis  
 nominibus inclytum. Scylla saxum est: Charybdis mare, utrū-  
 que noxium appulsus: ipsa ingens Et tribus promontorijs in-  
 diuersa procurrens, Græcæ literæ imaginem, quæ Delta dicitur  
 efficit. Pachynum uocatur. quod Græciam spectat: Lily-  
 bæum, quod in Africam: Pelorum, quod in Italiam uergens,  
 Scyllæ aduersum est: causa nominis Pelorus gubernator ab  
 Annibale ibidem conditus, quem idem uir profugus ex Afri-  
 ca, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti uide-  
 bantur continua esse littora, Et non peruium pelagus, pro-  
 ditum se arbitratus, occiderat. Ab eo ad Pachynum ora quæ  
 extenditur Ionium mare attingens, hæc fert illustria, Messes-  
 nam, Tauromenium, Catinam, Megarida, Syracusas, Et in  
 ijs mirabilem Arethusam. Fons est, in quo uisuntur iacta in  
 Alphæum annem, ut diximus, Peloponnesiaco littori infus-  
 sum: unde ille creditur non se consociare pelago, sed subter  
 maria terrasque depressus, huc agere alueum, atque hic se



rursus extollere. Inter Pachynum & Lilybæum Acragas est,  
 Heraclea. & Thermæ. Inter Lilybæum & Pelorida, Panor-  
 mus, & Himera. Interius uero Leontini, Centuripinum, Hy-  
 bla, aliæque complures. Famam habet ob Cereris templum  
 Enna præcipua. Montium Eryx maxime memoratur ob de-  
 lubrum Veneris, ab Aenea conditum: & Aetna, quæ Cyclo-  
 pas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat. De amnis  
 bus Himera referendus, quia in media admodum ortus, in  
 diuersa decurrit, scindensque eam utrinque, alio ore in  
 Libycum, alio in Thuscum mare deuenit. Circa Sici-  
 liam in Siculo freto est Aeæ, quam Calypso habitasse dici-  
 tur. Africam uersus, Gaulos, Melita, Cossura: propius <sup>nunc mo</sup>  
 Italiam, Galata, & illæ septem, quas Aeoli appellant, <sup>sta</sup>  
 Osteodes, Lipara, Didyme, Phoenicusa, Ericusa, Hiera, et  
 Strongyle, ut Aetna, perpetuo flagrant igne. At Pithec-  
 usa, Leucothea, Aenaria, Sinonia, Capræ, Prochyta, Pon-  
 tia, Pandataria, Phytionia, Parmaria, Italicolateri citra  
 Tyberina ostia obiacent. Ultra aliquot sunt parua, Dia-  
 nium, Iginium, Carbania, Vrigo, Ilua, Capraria. Duæ  
 grandes, fretoque diuisæ Hetrusco, quarum Corsica littori  
 propior inter latera tenuis & longa, præterquam ubi As-  
 leria, & Marianæ coloniae sunt, a Barbaris colitur. Sar-  
 dinia Africum pelagus attingens, nisi quod in occidentem  
 quam in orientem angustius spectat, par & quadrata una-  
 dique, & nusquam non aliquanto spatiosior quam ubi las-  
 tissima est Corsica. Cæterum fertilis, & soli quam cœli  
 melioris: atque ut fecunda, ita pene pestilens. In ea antiquis-  
 simi populorum sunt Ilienses: urbium antiquissimæ Calas-  
 ris, & Sulchi. At in Gallia, quas referre conueniat, solæ  
 sunt Stœchades, ab ora Ligurum ad Massiliam usq; dispersæ.

Baleares in Hispania contra Tarraconensia littora sitæ, non longe inter se distant, & ex spatio suo cognominibus acceptis, maiores minoresque perhibentur. Castella sunt in minoribus, Iamno, & Mago: in maioribus, Palma, & Polentia, colonia. Ebusos e regione promontorii, quod in Sucronensi sinu Ferrariam uocant, eodem nomine urbem habet, frumentis tantum non secunda, ad alia largior: & omnium animalium quæ nocent, adeo expers, ut nec ea quidem quæ de agrestibus mitia fiunt, aut generet, aut si inuecta sunt, sustineat. Contra est Colubraria, cuius meminisse succurrit, quod cum scateat multo ac malefico genere serpentum, & sit ideo inhabitabilis, tamen ingressis eam, intra id spatium, quod Ebusitana humo circumsignauerunt, sine pernicie tuta est, iisdem illis serpentibus, qui solent obuios appetere, aspectum eius pulueris, aliudue, quod uerius, procul & cum pauore fugientibus.

¶ Ex mediterranei maris insulis.

¶ NON longe accolitur Aria. Stephanus Areos nescio hoc est Martis insulam nominat, Apollonius secundo argonautis con Aretia. Plinius Ariam, & infra. ¶ Thynias Mariandynorum finibus proxima, Ptolemæus & Stephanus cum uno. Thynias quæ alio nomine dicta sit Daphnusia & Thyne et Thynis & Thyneis. Strabo Thynia nominat, & ipse cum simpliciter. Castigandum idem uerbum in Plinio, & infra. ¶ Quam quia bithyni incolunt bithynida appellant. Plinius Bithyniam non Bithynida appellatam ait libro quinto, & infra. ¶ Et aliquando creditur dictæque concurrere & Cyanea uocantur et Symplegades. Hæc oratio plane talis est ut ipsa suo indicio

tanquam forex pereat proinde. Credo mutato uerborum textu reponi posse in commodiore statu sic Cyaneæ uocantur, alii quâdo creditæ concurrere, dictæ æq; inde Symplegades. Plinius ob eandem causam & Planctas hoc est errabundas appellatas scribit libro sexto. Quo in loco cum antea mendose legeretur Planiteæ Hermolans Planetæ substituit quasi a uerbo planasthæ. i. errare inditum fuerit eis nomen. unde & Erraticæ stellæ dictæ sint planetæ. Sed foedus hic est Hermolai error ac uix ferendus in homine multo minoris doctrinæ et lectiõis. Castigare enim in plinio debuit Planctæ non Planetæ ex Strabonis Fedus Herone primo. Herodoto in Melpomene. Homero odysseæ. xij. Apolloniam error. Heronio argonauticon quarto. & eze grammatico in commentarijs in lycophronem. Aristotele in libro de admiranda auditio ne, & homeri interprete, scribente Cratetem deducere id nomen a uerbo Pelazesthæ. id est accedere propter assiduum accessum occurstationemq; fluctuum in ipsas petras, aut secundum alios quod terræ motibus quassarentur ut Delos. & infra. ¶ In propontide tantum proconesus habitatur. Scribens dum cum duplici. n. Proconessus ut Myonnesus, Halonnesus, Peloponnesus & huiusmodi a consuetudine quadam temere exorta geminandi. n. litteram, auctore Strabone tredecimo libro. & infra. ¶ Cereffos. Cirana Mariangelus expuncto uerbo barbaro Cirana Methymna subiicit. & infra. ¶ Camiros Ialysos. Ptolemæus. Stephanus. Herodotus. Homerus. cum duplici. ss. Ialysos. Strabo. Dionysius byzantius Thucydides. Pausanias uno tantum Ialysos. & infra. ¶ In sinu quem maximè asia recipit prope media Cyprus. Commodior lectio: medio quam media. ut illud summi poetæ de creta. medio iacet insula ponto. & filius. Ad dederat medio geminas consurgere ponto Aegates. & Mela ipse de creta. Super eas iam in medio ma

ri ingens. & infra. ¶ Quia etiam subter aliena teſta ſedem  
 ponere licet. Mariangelus antiquam lectionem retinet. ſuper  
 aliena teſta, ex Strabone rectiſſime. & infra. ¶ In tantum,  
 mutata. Aldus in tantum mutat. rei. & infra. ¶ Meninx  
 & Cercinna. Scribe cum uno. n. Cercina, ex Strabone. Ptoles  
 mæo. Dionyſio. Plinio ſcriptæ & romana lectionis, iteq; Cor  
 nelio Tacito libro primo. & infra. ¶ Contra Carthaginis  
 ſuum Tarichia & agathes. Scribendum uidetur Tarichea  
 .e. breui in penultima. ex Stephano qui multa ſic loca nomi  
 nari ſcribit. Aegates uero duæ ſunt inſulæ inter Siciliam &  
 Africam, inſignes uictoria nauali Lutatiꝝ conſulis aduerſus  
 carthaginenſes, auctoriſus Linio. ſloro. Silio & Polybio apud  
 Aegusam inſulam hanc uictoriam partam tradente. Ut forte  
 quam græci appellarunt Aegusam noſtri Aegates dixerint,  
 & ſi in numero ſit differentia, quod ſæpe continet. Nam caſ  
 fiterides plures inſulæ ſunt hispaniæ in Oceano occidentali,  
 Stephano tamen una eſt Caſſitera. Semper autem ſine aſpiz  
 ratione inueni Aegates. De hac Lutatiꝝ uictoria Silius. Addi  
 derat geminas medio conſurgere ponto ægates, laceræ circū  
 fragmenta uideres Claſſis. &c. ut neſciam qua ratione Her  
 molaus ægatem numero ſingulari legat in plinio, cum ſint ut  
 ex proximo Siliꝝ uerſu Patuit duæ. Idem Hermolaus agnoſcit  
 ut legitimam ſequentem Pomponiꝝ lectionem. ¶ Romana  
 clade memorabiles quæ nullo modo præcedere poteſt, ut planū  
 eſt ex paulo ante dictis de uictoria Lutatiꝝ conſulis aduerſus  
 Carthaginenſes ad Aegates. Legendum ergo alterutro modo,  
 aut punice clade memorabiles, aut quod magis arridet, Ro  
 manæ Claſſis uictoria nobiles. & infra. ¶ Polyægos. Scyas  
 thos. Haloneſos Scribendum Sciathos per. i. in prima ex Pto  
 lemæo. Strabone. Stephano. & Halonneſos cum duobus. n.

Hermolaus  
 inſeſſitur.

Contra Her  
 molaum.

qua dixi ratione. & infra. ¶ Scyathon prospicit Cicyneton  
 Amplectitur. cum aspiratione in postrema Cicyne<sup>th</sup>on Stras  
 bo. & Lego Seyron non Scyathon, nam Sciathos paulo ante di  
 cta est. Quod autem ait Scyron prospicit, cicyne<sup>th</sup>on amplecti  
 tur a Strabone mutuatus uidetur in nono. & infra. ¶ Pros  
 montorium Geræston & Caphareum. Scribe cum. æ. diph  
 thongo in media Geræston. Estq; rectus eius nominis geræsto  
 Ptolemæo. Straboni. Stephano. Nonnunquam autem Strabo  
 Geraston enunciat. Itemq; homerus & Homerum secutus  
 Valerius flaccus. Surgis ab obstrifero medius neptune gerasto  
 Præterea codices Aldi Caphaream legunt non Caphareum,  
 ut scribendum uideatur Capharea græca terminatione, qua  
 etiam dixit Geræston. & infra. ¶ Coeneum extrudit cum. e.  
 simplici in prima & æ. diphthongo in secunda Cenæum: pto  
 lemæus & Strabo. & infra. ¶ Septies die ac septies nocte.  
 Scribo septies die ac nocte ex Strabone. Plinio. Seneca & om  
 nibus. Res est comperta uel paruis litterarum mysterijs initia  
 to. & infra. ¶ In ea sunt oppida Hestieæ. Sic quidem Step  
 hanus & Homerus, at Xenophon secundo hellenicon sine diph  
 thongo Hestieæ. Pausanias Istieæ sine aspiratione & cum dis  
 phthongo, æ. in penultima Thucydides Hestia trisyllabos. nec  
 in ullius dictionis orthographia maior auctorum dissensio.  
 & infra.

¶ Etiam nunc in ægeo phitinsa. Scribo Pytiusa ex commu  
 ni nomenclatura multarum græciæ insularum, a frutice uis  
 delictet pineo. & infra.

¶ In Myrtoo Cythera contra Maleam emissa. Aldus mis  
 nus corrupte Enussa. Mariangelus & ante eum Herz <sup>Contra Herz</sup>  
 molaus. Oenussa legunt ex Plinio & antiquorum codicum si <sup>molaum</sup>  
 de. Sed neuter attigit ueram lectionem. Scribendum <sup>mariangeli.</sup>

nāq; Oenussæ numero plurali ex Pausania in Messenicis. Post  
 Acritam inquit portus est Phœnicus, & prope eū insula Oe-  
 nussæ. Sūt & alteræ Oenussæ chio finitimæ, plures tamē insu-  
 læ sunt nō una ut falso Hermolaus putauit, deceptus Step-  
 hani deprauata lectione, in quo falso scriptum est nesos profes-  
 ches chio hoc est insula admotæ chio pro nesoe profesechis chio  
 quod est insulæ admotæ chio, ut liquet euidentissime ex Hero-  
 doto in primo & Thucydide in octauo. Quorum auctoritas  
 tem ne sequeretur Stephanus causam non habuit. In Orthos-  
 graphia dissentiunt. Herodotus & Thucydides per duo. s. s.  
 Pausanias & Stephanus cum uno tantum scribunt. & in-  
 fra. ¶ Prote. Hyria. Luxatum esse puto uerborum ordinem.  
 nulla enim insula est Hyria præter Zacynthos, quæ aliquando  
 dicta est Hyrie, auctore Plinio in quarto. Legendum itaq; uis-  
 detur Zacynthos Hyrie more usitato Melæ, ut diximus. & in-  
 fra. ¶ Olearos. Aegina. Cathon. Lego Oliaros per. i. in secun-  
 da ex Strabone Ptolemæo. Stephano: ut mendose scriptum sit  
 ubicunq; aliter scriptum inuenitur Præterea Cothon non Ca-  
 thon legendum ex Stephano & Plinio. & infra. ¶ Thera.  
 Hyaros. Scribo Gyaros ex Strabone & Stephano. & infra.  
 ¶ Hippuris. Donyfa. Lego Donusia non Donyfa ex Stephano,  
 tradente translata[m] fuisse a baccho in eam insulam, Ariadæ  
 nam, persequente illam patre Minoe. Vnde appellata fuit for-  
 ma possessiua Dionysia, sed postea corrupto nomine dictam es-  
 se Donusiam. Legendum igitur apud summum poetam Do-  
 nusiam non ut ante hac legebatur Donyfam, nam ratio cari-  
 minis synize si figura defenditur. & infra. ¶ Cianos legendū  
 uidetur Ceos ex Strabone, aut Cios ex Ptolemæo, apud quem  
 falso in græco exemplari scriptum reor Cia pro Cios facili la-  
 psu scriptorum, duobus elementis. o. & s. confusis in unū. a.

Virgilij locus  
 castigatus.

Ptolemæi lo-  
 cus.

Et si Hermolaus legit in Ptolemæo Ciam, cui equidem non  
 assentior. Et infra. ¶ Icaria. Pinaria. Stephanus. Plinius Et  
 cæteri fere omnes Icaros. Strabo uariat. Pinaræ nullus mes  
 minit præter Plinium, apud quem tamen in codice uetusto  
 Pyranalegitur non Pinara. Et infra. ¶ Lebynthos. Calydne.  
 Asine. Scribe per. i. in secunda Lebynthos ex Strabone Et Plis  
 niy codice scripto. Pro Asine autem forte reponendum Casia.  
 Nam a Casio una sporadum complures adiacentes insula dis  
 ctæ sunt. Casia Straboni. Stephano, Homero. Et infra. ¶ Ab  
 eis Sicyrius. Videtur scribendum Sicens. penultima producta  
 ex Strabone Et Stephano. Ptolemæus per. i. in eadem Sicanos  
 sed uitiose puto. Et infra. ¶ Hypanos. Cythnos. Siphnos. Seri  
 phos. Aldus. Hypanos. Sipanos. Seriphos. Scribo. Cythnos. Sio  
 phnos. Seriphos ex Ptolemæo Et Strabone. apud quæ in græc  
 cocodice Cythros pro Cythnos falso scriptum est. In Plinio  
 quoq; Citanos deprauatum pro Cythnos. Et infra. ¶ Paros  
 Scyros. Scyros insula nobilis rege lycomedæ Et latebris Achis  
 lis supra reddita est. Qua propter hic Syros melius quam Scyros  
 rosetur, quam Homerus Psyrriam nominasse creditur. Clas  
 ra Pherocyde alumno cognomento rhabio ex Strabone Et Ste  
 phano. Eadem menda in Ptolemæo græce. Et infra. ¶ Ad  
 uentu europæ. Lego. auectu europæ. ut illud Lucani. Nec for  
 tior undis labitur auecta pater Isidos. Neq; enim Europa  
 sponte sua aduenit in cretam, sed rapta Et auecta a ioue.  
 Possent etiam legi aduectu. Plinius aduectionem dixit libro  
 nono. capite primo, sed melior significant. orq; prior lectio.  
 Et infra. ¶ Tum statione atq; morte. Scribo. Tali statione.  
 Et c. fuit hic Talus æreus gigas, solus ex sæculo illo æreo super  
 stes. quo narrant fabulæ donatæ a ioue Europam ad custodia  
 cretæ insulæ. tantæ pernicitatis, ut singulis diebus uniuersa

Strabonis los  
cus.

Syros insula  
Pherocydis  
patria.

sam insulæ oram ter lustraret. Is quum appulsos in cretam ar  
 gonautas post raptam medeam, aditu insulæ arceret, carminis  
 bus ueneficisq; medea extinctus est, auctore Apollonio in  
 quarto argonauticon. Meminere etiam Orpheus Zenobius et  
 Lucianus in Philopseude. Item ex nostris Catullus. & infra.  
 ¶ **V**ibium notissimæ Gnosos. cum duplici. ss. Gnosfos Strabo  
 & Ptolemæus & infra. ¶ **C**ydon. Manet husa. Dictynna. Le  
 go Marathusa ex plinij uetusto codice, hoc est fenicularia. Na  
 & insula est apud Clazomenas hoc etiam nomine a Copia fe  
 niculi, ut tradunt. Stephanus. Thucydides. Plinius Dictamnū  
 quoq; Ptolemæus non Dictynna. Dictynnæi promonsorij Me  
 minit Strabo. & infra. ¶ **I**uxa est asticla recte qui pro Asticla  
 subrogauerunt Astypalæa. Nam de insulis rhodo propinquis  
 hic agitur, Astypalæa uero inter. Con Rhodon & Cretam  
 ponitur a Strabone. Scribendum autem Astypalæa cum. y. psi  
 lon in secunda & .æ. diphthongo in quarta ex omnibus, item  
 ex Etymologia. & infra. ¶ **N**aumachos. Zephyre. Crise. Ves  
 tus Plinij codex Naulochos non Naumachos. & Chryse scrib  
 bo. quo nomine habetur alia insula in india. Poscit id quoq;  
 etymologia. & infra. ¶ **C**eladuse. Absyrtis. Scribendum nus  
 mero plurali cum. æ. diphthongo in postrema Celadusæ ex  
 Plinio in fine tertij. & Absyrtides non Absyrtis. Licet Her  
 molaus antiquam lectiōem retineat. Sed numero plurali Abs  
 syrtides non Absyrtis ut Hermolaus legit Ptolemæus. Strabo.  
 Stephanus. Plinius omnes. & infra. ¶ **A**estria Asine. Legens  
 dum fortasse con Aestria Asine sed Scardona auctore Ptoles  
 meo. ut librarij ex una dictione quæ illorum est diligentia,  
 duas fecerint. & infra.  
 ¶ **E**lectrides. Electridæ primo ordine, Stephanus. & infra.  
 ¶ **P**achynum uocatur quod græciam spectat. Strabo. Pto



lemæus. Stephanus. Dionysius Byzantius Pachynus in recto non Pachynum. Item ruffus festus. In marutinos pachynos producit ortus. Idem error castigandus in Plinio. & infra. ¶ Lilybæon quod in græciam. Dionysius Lilyben nosminat. & infra.

¶ Pelorum quod in Italiam uergens. Scribo Pelorus non Pelorum ex Ptolemæo & Marciano. Pelorias est Straboni & Stephano. Variat Solinus, modo hoc modo illo nomine utens. Thucydides quarto & Dionysius Byzantius Peloris, Silius Pelorus nominat libro. xiiij. arena tollit se mole Pelorus. & infra. ¶ Tauromenium. Catinam. Megarida. Scribo Catanen non Catinam & Megara non Megarida utrunq; ex Strabone. Stephano. Ptolemæo. Thucydide. Xenophonte secundo Hellenicon. a quibus in orthographia græcarum dictionum libentius sto quam a Plinij & Pomponij et latinorū auctorum deprauatissimis exemplaribus. Nec apud me rationes Hermolai in contrarium ullius sunt ponderis Megaræses ante Hyblæi dicti Straboni. Stephano. Thucydidi. Dissentiunt Ptolemæus & Pomponius. Tauromenium penultima producit, scribitur enim cum. ei. diphthongo. Stephano. Nec uideo cur Hermolæus Tauromenium pronunciet non Tauromenium. & infra. ¶ Actæ in Alpheû amnè. Scribendū sine ulla diphthongo Alpheû. habet tamè apud græcos diphthongū. ei. in penultima quæ solet apud nos uerti in. i. uel. e. lōgū. ex Strabone Stephano. Pausania & omnibus. & infra. ¶ Theraclea & Therme Stephanus & Plinij uetus codex therma singulari numero. Ptolemæus Thermae plurali. & infra. ¶ Leōtini Ptolemæus Leōtiū. & infra. ¶ Ceturipinn. Ceteropa cū. o. in secūda & neutro genere Strabo & Thucydides. Ceturipa cum. u. in eadem & diphthongo. æ. in extrema Ptolemæus. & infra.

¶ Quia in media admodum ortus. Considerandum, an sit melior lectio diuisum ad modum, hoc est ad mensuram. & infra. ¶ In siculo freta est ææ quâ Calypso habitasse dicitur Homerus decimo Odyssæ & Apollonius quarto Argonauticon Circen scribunt habitasse in insulam Aæam non Calypso. Quos secutus Virgilius tertio Aeneidos Aæam appellauit in insulam, Circes noto uersu. ubi Eææ nomē est in insulæ, non cogit nomen Circes ut Seruius grammaticus putauit. Neq; enim Circe dicta est ææ aut unde putat seruius, aut ab insula quâ habitauit sed ab Aea urbe Colchorum auctore Strabone in primo. quia uero Vlyxes utranq; amauit, & in insulæ quas habitauerunt in eodem sunt mari tyrrheno non longe a se distitæ, Pomponius pro Circe accepit Calypso. In quem errorem incidit etiam Aristoteles secundo ethicorum non longe a fine, quod Aspasius quoq; eius interpres notauit. Propertius etiã in tertio Calypso ææam appellauit non quod Ogygia insula quam habitauit alio nomine dicta sit ææ, & ab insulæ cognominata sit ipsa ææ. Nam insulam quam Calypso incoluit Homerus Ogygiam nominat in septimo odyssæ Apollonius Nymphæam in quarto, & ab utroq; dissentiens Callimachus Gaudon. nemo Aæam. Dicta est igitur a propertio Calypso Calypso solis Aæa ab eadem urbe colchorum Aea in qua regnauit Aætes frater Calypsus, Solis enim ambo filij fuerunt secundum quosdam referente celeberrimo apud græcos grammatico Zeze in lycophronis expositione licet homerus Odyssæ septimo atlantis filiam Calypso faciat, non solis, & Homerum secutus Apollonius in quarto. Meminit & Aææ in insulæ quam Circe habitauit Pröcopius historicus in primo. Porro ab Aea siue Aææ Colchorum urbe, deduci gentile nomen Aæus Stephanus docet. Addo ex interprete Homeri in decimo odyssæ

Aristotelis error.

Calypso solis  
filia secundum  
quosdam.

Aæam

Aeam insulam fuisse prius, quod nunc est promontorium  
 Circæum ab illa denominatum, ex quorundam opinione. &  
 infra. ¶ Propius italiã galatã & illã septem quas æoli  
 appellant. Osteodes. &c. Osteodem neque Strabo neque Plin-  
 ius neque quod sciam alius inter æolias numerat. quã prop-  
 ter existimo erratum esse in ordine uerborum, Legendumq;  
 propius Italiã galatã, Osteodes & illã septem &c. Scriben-  
 dum autem cum aspiratione in postrema Galatã ex Ptoles-  
 mæo & Plinij uetere codice, quãuis Ptolemæus cum .c. in  
 principio Calatã, & infra. ¶ Lipara, Veracia, Didyma,  
 Phœnicussa, Ericussa. ætãa perpetuo flagrat igne. Hierã, &  
 Strôgyle. Sic Aldi habent exemplaria. Scribendum arbitror  
 Lipara, Hicësia, Didyme, Phœnicussa. Ericussa. & quæ per-  
 petuo flagrant igne Hierã & Strongyle ex Strabone, Ptoles-  
 mæo, Plinio, Marciano. Solino & Homeri interprete in de-  
 cimo Odyssæa, qui Hicësiã pro Eonymo ponit inter æolias.  
 Ptolemæus utranque locat prope Siciliã. Vel si magis plas-  
 cet lege. & quæ ut ætãa perpetuo flagrant igne Hierã &  
 Strongyle ex Diodoro. De perpetuis harum incendijs præter  
 citatos auctores meminere etiã Apolloniij rhodij exposito-  
 res in quarto. Illud non omittendum ceteris unitatis nume-  
 ro esse Didyme. Pausania uero plurium numero Didymæ.  
 Item insulas illas Ericussã & Phœnicussã a Ptolemæo  
 Ericode & Phœnicode appellari, non etiã a Strabone ut  
 Hermolaus somniauit. & infra. ¶ At Pithecusa. Leucothea  
 Aenaria. Pithecusæ plurali numero Strabo, Ptolemæus, Ste-  
 phanus. Quorum Strabo & Ptolemæus cum simplici. s. sem-  
 per pithecusa, Stephanus cum duplici. Ouidius quoq; nume-  
 ro plurali. colle pithecusas habitantum nomine dictas. Præ-  
 terea uidetur legendum permutato dictionum ordine. Pithe-

K

cussæ, Aenaria, Leucothea ut seruet morem suū saepe iam in  
 culcatum, coniungendi duo locorum propria nomina. Nam  
 pithecussæ alio nomine dictæ sunt Aenaria ab statione nas  
 nium Aeneæ auctore Plinio libro tertio, & infra. ¶ Panda  
 taria. Stephanus & Plinij antiquum exemplar, Item Corne  
 lius Tacitus libro. xiiij. & Varro in tertio de re rustica cum  
 .e. in tertia Pandateria. Ptolemæus cum. o. magno in eadem  
 Pandatoria. Strabo Pandaria. Si codex uitiatus non est quod  
 uereor. & infra. ¶ Pphytonia Parmaria. Lego Pinton nō Phy  
 tonia ex Martiano & Plinio. Cuius uerba deprauata ut post  
 hac emendate legantur libuit subtexere ex libro. iij. capite.

Plinius corre  
 ctus

vi. etiam num inquit angustias eas arcentibus in sulis paruis  
 quæ cuniculariæ appellantur, itemq; phitonis fossæ a quibus  
 fretum ipsum Taphros nominatur. Scribendum ex uetusto  
 Plinij exemplari, etiam num angustias eas artantibus in sul  
 lis paruis, quæ cuniculariæ appellantur, Itemq; Pintonis &  
 fossæ. Romana exemplaria Pinton & fossæ legunt, non minus  
 probanda lectio. Nec me mouet Ptolemæus qui eam in sul  
 lam phintonem nominat, multis enim græci aspirant, quæ  
 latini per tenuem efferunt, & e contrario. Sciendum tamen  
 Pintonem siue mauiis Phintonem insulam, non esse ex earum  
 numero quæ sunt citra Tiberis ostia, quas hic Pomponius re  
 fert, sed ex illis quæ ultra sunt. Quam ob rem inter transibe  
 rinas locanda est, errore librariorum hic posita. Præterea les  
 gendum uidetur Palmaria non Parmaria ex Plinio & Mar  
 ciano a palma arbore, unde & Phoenicussa inter Aeolias no  
 minata, & duæ aliæ eodem nomine in sinu libyco prope Car  
 thaginem Stephano. Astipulatur etiam Varro libro de re ru  
 stica tertio. Hoc inquit ita fieri apparet in insulis propinquis  
 Pontia, Palmaria, Pandateria, & infra. ¶ Dianin, Iginium,

Cerbania. Plinij uetus exemplar & Romana lectio, Itemq;  
 Marcianus Igiliū legūt non Iginū ut Hermolaus agnoscit. Contra Her  
molaum.  
 haud sane ut mihi uidetur recte. Quapropter legēdum puto  
 Aegiliū sive Aegiliō, ut quēadmodū dicta est altera in sula Ae  
 gilos ide capraria, ita hęc forma diminutina appellata sit ægi  
 lion idest Capellaria & minor ægilos. Carbania putat Hera  
 molaus eā esse quæ a plinio dicta sit Barpona. Cui nec assentio  
 omnino, nec dissentio. In alterutro erratū cōstat, in utro incer  
 tū. et infra. ¶ Duæ grādes fretog; diuisæ ethrusco. Nō esse atā  
 tētandū uerbū. ethrusco per suadere uidetur plinius in tertio.  
 In ligustico inquit mari est Corsica, quā græci Cynrō appella  
 uere, sed thusco propior. Nihilominus pēdeo animi, dubiusq;  
 sum Taphro ne hic an ethrusco legendū ex eodē Plinio. Cuius  
 uerba paulo ante relata sūt. Itēq; Pintō et fossæ, a quibus fres  
 tū ipsum Taphros nominatur. et infra. ¶ Inter latera tenuis  
 & lōga. Melior lectio, sed lōga. Caterū hęc uerba nō uidētur  
 cōuenire Corsicæ sed Sardinia, de qua statim subiicit. quæ ideo  
 dicta est Ichnusa & Sādaliotis, quod lōgitudine & laterū an  
 gustia solæ siue humani uestigij effigiē exprimat. Stephano.  
 Pausania. Plinio. Solino. Marciano et reliquis. et infra. ¶ Vbi  
 Aleria et Mariana colonia sunt. Scribe Mariana nō maria nā  
 ex Ptolemæo Plinio. Solino. & infra. ¶ Nisi qd in occidentem  
 quā in orientē angustius spectat. Corrigendū puto. nisi quod  
 ab occidente quā ab Oriente angustius patet, ex Plinio in ter  
 tio. Sardinia inquit ab oriente patens & c. quæ uerba refert  
 etiā Marcianus. & infra. ¶ Urbū antiquissimæ Calaris &  
 Sulchi, Sūt qui Calaris p̄bēt inter quos est & Hermolaus. Nos  
 cōtra ex Strabone. Stephano, Ptolemæo. Pausania, Marciano  
 Plinio. utiq; scripto, Caralis defēdimus, sic ubi aliter scriptū sit  
 p̄perā scriptū asserētes, Stephanus caralia nominat. Præterea

Strabo aspirate Solchi. Ptolemæus sine aspiratione Solci. Plinius Sulci. Pausanias Sylci et si in eo mendose Syllus pro Sylacus scriptum leges. Sed quoniam hæc Corsicæ & Sardinie relatio, ita confuse et præpostere scripta est, ut neutri quod suum est, redditum uideatur, uisum est faciendum, ut subijcerem quo pacto restitui fortasse in integrum possit. Scribendum igitur ut reor hoc uerborum conceptu. Quarum Corsica litoris teri propior par & quadrata undique, præterquam ubi Aleria & Mariana colonia sunt, a barbaris colitur. Sardinia Africum pelagus attingens, inter latera tenuis sed longa, nisi quod ab occidente quam ab oriente angustius patet, & nuda quàm non aliquanto spaciosior quàm ubi latissima est Corsica &c. & infra. ¶ Baleares in hispania. Ptolemæus cum duplici. II. & i. in secunda Balliarides. Strabo Balerides cum uno tantum. I. Stephanus Bliarides. & infra. ¶ Iamno & Mago. Ptolemæus Iamna non Iamno. & infra. ¶ In maioribus Palma & Polentia. Ptolemæus Palma & Pollentia cum duplici. II. Strabo, Palama & Potentia, & infra. ¶ Aliud uerbum quod uerius. Neminem esse tam obtusi iudicii puto cui non suboleat hæc uerba non esse pomponij sed lesætoris fabulosum putantis quod de natura terræ Ebusitanæ auctores prodidere.

¶ Finis Liber Secundus.

## POMPONII MELAE

## DE SITV ORBIS.

## LIBER TER-

## TIVS.

¶ Extima Hispaniæ littora. Caput. I.



ICTA EST ORA

nostri maris, dicta in  
sula quas amplectis  
tur, restat ille circuis  
tus, quem (ut initio  
diximus) cingit ocea  
nus, ingens & infini  
tium pelagus, &  
magnis aestibus cons  
citum (ita enim mos  
tus eius appellant)  
modo inundat cam  
pos, modo late nu  
dat, ac refugit, nunc

alios aliosque inuicem, neq; alternis accessibus, nunc in hos  
nunc in illos impetu uersum. Sed ubi in omnia littora, quam  
uis diuersa, terrarum, insularumque ex medio pariter effus  
sum est, rursus ab illis colligitur in mediũ, & in semetipsum

K ij

redit, tanta uis semper immixtum, ut uasta etiam flumina res  
 troagat, & aut terrestria deprehendat animalia, aut marina  
 destituat: neque adhuc satis cognitum est, an belitu ne suo id  
 mundus efficiat, retractamque cum spiritu regerat undam  
 unalique, sicut doctioribus placet) unum animal est: an sint de  
 pressi aliqui specus, quo reciproca maria residant, atque inde  
 se rursus exuberantia attollant: an luna causas tantis meatibus  
 præbeat. ad ortus certe eius occasusque uariantur, neque  
 eodem assidue tempore, sed ut illa surgit ac demergitur, ita  
 recedere atque aduentare comperimus. Huc egressos, sequen-  
 tesque ea quæ exeuntibus dextra sunt, æquor Atlanticum &  
 ora Bæticiæ frontis excipit: quæ nisi quod semel iterumque pau-  
 lulum in semet abducitur usque ad flumen Anam pene recta  
 est: Turduli & Bastuli habitant. In proximo sinu portus est,  
 quem Gaditanum, & lucus, quem Oleastrum appellant. Tū-  
 castellum Eboræ in littore, & procul a littore Asta colonia:  
 extra Inonis ara, templumque est. In ipso mari monimen-  
 tum Geryonis, scopulo magis quam insule impositum, Bætis  
 ex Tarraconensi regione demissus, per hanc fere mediam diu  
 sicut nascitur, uno amne decurrit: post ubi non longe a mari  
 grandem lacum facit, quasi ex uno fonte geminus exoritur:  
 quantusque simplici alueo uenerat, tantus singulis effluit.  
 Tum sinus alter, usque ad finem prouinciæ inflectitur, eum-  
 que parua oppida Olitingi, Onoba contingunt. At Lusitania  
 trans Anam, qua mare Atlanticum spectat, primum ins-  
 genti impetu in altum abit, deinde resistit, ac se magis etiam  
 quam Bætica abducit qua prominet, bis in semet recepto  
 mari, in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum, quia  
 lata sede procurrrens, paulatim se ac sua latera fastigiat, Cus-  
 neus ager dicitur: sequens Sacrum uocant: Magnum quod



ulterius est. In Cuneo sunt, Mirtylis, Balsa, Osnonoba: In Sacro Lancobriga, et portus Annibalis: In Magno, Eborā. Sinus intersunt, & est in proximo Salacia: in altero Vlyssippo, & Tagi ostium, amnis aurum gemmasque generantis. Ab ijs promontorijs ad illam partem, quæ recessit, ingens flexus ad peritur: in eoque sunt Turduli ueteres, Turdulorumque oppida: amnes autem Monda, in medium fere ultimi promontorii latus effluens, & radices eiusdem abluens, Durius. Frons illa aliquandiu rectam ripam habet, deinde modico flexu accepto, mox paulum eminet: tum reducta iterum iterumque recto margine iacens, ad promontorium, quod Celticum uocamus, extenditur: totam Celtici colunt, sed a Durio ad flexum Gronij: fluuntque per eos Auo, Celandus, Nesbis, Minius, & cui obliuionis cognomen est, Limia. Flexus ipse Lambriacam urbem amplexus, recipit fluuios, Iernam & Viam. Partem quæ prominet, Præsamarci habitant perque eos Tamaris & Sars, flumina non longe orta decurrunt: Tamaris secundum Arotebrarum portum: Sars, iuxta turrem Augusti titulo memorabilem: cætera super Tamarici, Nerijque incolunt, in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentem uersa littora pertinent: deinde ad septentriones toto latere terra conuertitur, a Celtico promontorio ad Scythicum usque. hinc perpetua eius ora, nisi ubi modici recessus, ac parua promontoria sunt, ad Cantabros pene recta est. In ea primum Artabri sunt, & Ianasum Celticæ gentis: deinde Astures. In Artabris sinus ore angusto, ad mixtum mare non angusto ambitu excipiens Adrobicum urbem, & quatuor amnium ostia incingit: duo etiam inter accolentes ignobilia sunt: per alia duo Mearus exit, et Narius ad Libuncam. In Asturum littore Næga est oppidum,

Et tres aræ, quas Sestianas uocant, in península sedent: Et  
 sunt Augusti nomine sacræ, illustrantque terras ante ignobi-  
 les. At ab eo flumine, quod Saliam uocant, incipiunt ore pau-  
 latim recedere, & latæ adhuc Hispaniæ magis magisque spacia  
 contrahere, usque adeo semet et terras angustantibus, ut  
 earum spatium inter duo maria dimidio minus sit qua Gals-  
 liam tangunt, quam ubi ad occidentem littus exporrigunt.  
 Tractum Cantabri & Varduli tenent. Cantabrorum alio  
 quot populi, amnesque sunt, sed quorum nomina nostro ore  
 concipi nequeant. per eosdem & Salenos, Saurium;  
 per Autrigones, & Origeuiones quosdam, Nesiua  
 descendit. Deua Tritium Tobolicum attin-  
 git: deinde Iturissam & Easonem Mas-  
 grada, Varduli una gens, hinc ad  
 Pyrenæi iugi promontorium  
 pertinens claudit  
 Hispanias.

EX LIBRO TERTIO, EX  
ORA HISPANIAE,  
EXTIMA.

**V**INC AD, ALIOS aliosque inuis-  
cem. Scribendum reor nec ad alios aliosq;  
inuicem. & infra. ¶ Undiq; si ut doctiori-  
bus placet unum animal est. Castigo: utis  
q; si ut doctioribus placet mundus animal  
est. Solinus capite. xxv. Physici autumant  
mundum animal esse, eumq; ex uarijs elementorum corporis  
bus conglobatum esse. & infra. ¶ Neq; eodem assidue tem-  
pore, sed ut illa surgit, Sincerior ut arbitror lectio erit. Nam  
q; eodem assidue tempore, ut illa surgit. & c. & infra. ¶ Ex-  
tra, iunonis ara templumq; est. In ipso mari monumentū ges-  
ryonis. Castigatius magisq; e Pomponij elegantia & nitore.  
Extra Iunonis ara templumq;, & in ipso mari monumentum  
geryonis. & infra. ¶ Cuneus ager dicitur. Verbum illud as-  
ger. supposititium uidetur. Nam Plinius in tertio sine ullo ad-  
ditamento cuneum, hoc promontorium nominat. Occasione  
dederunt errori si error est uerba Strabonis in initio tertij ma-  
le tralata. Quod si legendum non, ager dicitur, sed a græcis dis-  
citur, ut prætermisum sit librarij indiligentia, nomen promō-  
torij græcum. Sphen. sic enim cuneus uocatur græce. Nā Mar-  
tianus latinus auctor græco maluit quam latino nomine hoc  
promontorium demonstrare. per Sphenis inquit frontem circ-  
cuiu sacri promontorij. & c. & infra. ¶ In Cuneo sunt Miræ

tylis. Ptolemæus p. γ. ψilon in prima & iota in duabus ultimis, Julia Myrtilis. & infra. ¶ Sinus intersunt, & est in proximo Salacia. Scribo. Sinus intersunt. Vrbes, in proximo Salacia, ut in gallia exteriori. Belgarū treueri. Vrbes opulentissime. In Treueris Augustrea. frequens est in hoc ordine Mela, & infra.

¶ IN altero Vlyssippo. Ptolemæus Olios hippon diuisum hoc est Olis equile. & infra. ¶ Et Tagi ostiū. Lego, ad Tagi ostium, urbes enim testatus est se relaturum non fluuios, sed in transitu dixi ad tagi ostium sitam. & infra. ¶ In medium fere ultimi promontorij latus effluens, Emendatius nisfallor scribetur, e medio fere ultimi promontorij latere fluens. & infra. ¶ Frons illa aliquandiu rectam ripam habet. Lego, rectam ripam agit, ut de gadibus, qua terris propior est pene rectam ripam agit. & infra. ¶ Auo. Celandus. Ptolemæus, Auus non Auo. & infra. ¶ Nebis, Minius. Strabo cū. α. diphthongo in prima Næbis. Sine diphthongo Ptolemæus. Vtitur autem iure suo Mela hoc etiam loco, inculcatis duobus nominibus eiusdem fluuij. Nam Næbis & Minius idem est auctore Strabone. repugnat tamen Ptolemæus. & infra. ¶ Et cui obliuionis cognomen est Limia. Variant codices in nomine huius fluuij. Strabonis exemplaria modo Limaā habent cum α. diphthongo in media, modo Limiā, primo utrumq; ordine graecorum. Variat item Plinij uetus codex. & infra.

¶ Flexus ipse Lambriacam urbem amplexus. Legendum existimo non Lambriacam, sed Abobricam, quam in hoc tractu ut insignem urbem famigerat Plinius. & infra.

¶ Recipit fluuios iernam & uiam. Aldus Leron non iernam legit. Hierna porro cum aspiratione in prima promontorium est non fluuius Straboni in tertio.

Sed sciendum eam dictionem ut pleraq; alia in Strabone de Strabonis loci  
 prauatam esse legendumq; in eo non Hierna sed Nerium quā cuius castigas  
 uis Hermolaus diuersæ sit opinionis. Patet id ex alio loco eius tus cōtra her  
 dem auctoris in eodem ipso libro. Extremi inquit artabri in molaum.  
 colunt circa nerium promontorium quod occidentalis & Se  
 ptentrionalis est lateris. Neq; id promontorium dictum est as  
 tio nomine Artabra ut strabonis uitiosa tralatio persuasit cre  
 dulis lectoribus, sed Artabrorum populorum promōtorium  
 est Nerium. Deniq; de Hierna promontorio aut fluuio nusquā  
 mentio, Nerium promontorium omnes fere celebrant, Stras  
 bo, Ptolemæus, Plinius, Pōponius. Sed Strabo & Ptolemæus  
 Nerium nominant, Plinius & Pomponius Celticum, Causa  
 diuerſitatis in nomine est Celticos populos extremum illum  
 angulum habitantes dictos esse cognomine Neria, auctore  
 Plinio. Quod si diuinandum est fluuium esse in eo tractu mons  
 ti cognominem, Orbium libentius scripserim ex Ptolemæo.  
 & infra. ¶ Per que eos Tamaris Ptolemæus Tamara. & in  
 fra. ¶ Secundum Arotebrarum portum. Strabo non Arotēs  
 bras appellat sed inuersis litteris Arotrebas. Cui lectiōni fa  
 uet non Plinij modo uetus codex, sed ipsa etiam Plinij senten  
 tia. Et ibi inquit gentem Artabrum quæ nunquam fuit, mani  
 festo errore. Arotrebas enim quos ante Celticum diximus pro  
 montorium hoc in loco posuere, litteris permutatis, quibus  
 Plinij uerbis non puto refutari opinionem Mela & si paulo  
 post Artabros ponat. Nam qui a Plinio refelluntur ex Arotre  
 bis Artabros fecerunt mutatis litteris, ut ex Plinij uerbis  
 liquet, At Mela utrosq; refert & Arotrebas & Artabros,  
 & infra. ¶ Tamarici Nerij que incolunt, Scribendum  
 uidetur Neria non Nerij ex Plinij scripta & romana lectios  
 ne, & infra.

**C**In ea primum Artabri sunt & Ianassum celticæ gentis.  
**Locus e Cim** Castigo In ea primi Artabri sunt, etiam num Celticæ gentis.  
**merijs tene** Nam paulo ante dixerat Celticos populos longe tenere oram  
**bris in lucem** hispaniæ quæ occidentem spectat usq; ad celticum promontos  
**reuocatus.** rium communem angulum utriusq; oræ occidentalis & septentrionalis. Nunc autem referens populos septentrionalem oram incolentes, ait primos in ea esse artabros populos, nec pertinere ad sequentes gentes Astures cantabros ue, sed esse adhuc celticæ gentis antedictæ. & infra. **C**Admixtum mare. legendum admissum mare. & infra. **C**Mearus & Narius. Ptolemæus Metarus & Nabius. & infra. **C**Et sunt Augusti nomine sacra lego. Ea sunt Augusti nomine sacra. & infra. **C**At ab eo flumine quod Saliam uocant. Cum Pomponius post Saliam fluium statim Cantabros ponat, ab occidente pergens in orientem, & Plinius e contrario ab oriente in occidentem post cantabros continuo Sangā fluium statuat, uidentur uterq; eundem fluium agnoscere, siue Saliam illum seu Sangā nomines. Est igitur nominis differentia non rei, ut uel in Pomponio legendum sit sanga uel in Plinio Salia. Et Plinii quidem codex uetus Sanga ostendat in quam lectionem ut magis inclinem facit, quod illius regionis incole fluium hunc appellant Saia corrupto nomine: Nec mihi in hoc loco Heramolaus satis facit. & infra. **C**Usq; adeo semet & terras angustantibus. Lego. usq; adeo semet terris angustantibus. & infra. **C**Et Origeuiones quosdam Nesua descendit Scribendū reor. & aurigeuos & Caristos Nerua descendit. ex Ptolemæo & Plinio Legitur tamen in Ptolemæo aliquando Nesua. quæ lectionem rursus uidentur approbare qui loca illa habitant Nansa lingua uernacula usq; in hodiernum uocantes. Plinius Origenos uocat populos non Aurigeuos. & infra. **C**Tritiu

Tobolicum. Ptolemæus Tritium Tuboricum. & infra.

¶ Deinde iturissam & Easonem. Ptolemæus cum uno. s. Iturissam. & per. oe. diphthongon in prima Oeasonem. Strabonis codex græcus Idanussam nominat, Interpres Oeasunen rededit, fortasse rectius, ex emendatioribus exemplaribus. Plinius non Oeasonem sed Olarsonem appellat. Nec ob id credacum Hermolao uitiatum esse ptolemæi codicem. Parum enim efficax ea ratio est. ego potius credere uitiatum in Plinio resedissee. & infra. ¶ Varduli unagens Lego Varduli ultimagens. Semper enim huiusmodi sine terminat prouincias Mela ut saepe dictum est.

¶ Extima Galliarum ora. Caput. II.



Equitur Gallia latus alterum, cuius ora primo nihil progressa in altum, mox tantumdem pene in pelagus excedens, quantum retro Hispania abscesserat, Catabricis fit aduersa terris, & grandi circuitu inflexa, ad occidentem littus aduertit. Tunc ad septentriones conuersa, iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni amnis expanditur. Terra est frumenti precipue, & pabuli ferax, & amœna lucis immixtis, quicquid ex satis frigidis impatiens est: ægre nec ubique alit, & noxio genere animalium minime frequens. Gentes superbae, superstitiosae, aliquando etiam immanes adeo, ut hominem optimam, & gratissimam dijs uictimam crederent, manent uestigia feritatis iam abolitæ, atque ut ab ultimis cadibus temperant, ita nihilominus ubi deuotas altaribus admouere, delibant: habent tamen & facundiam suam, magistrosque sapientiæ Druidas.

Hi terræ mundi que manitndinem, & formam, motus cæli  
 ac syderum, & quid diu uelint, scire profitentur, docent multo  
 ta nobilissimos gētis clam & diu uicenis annis in specu, aut  
 in abditis saltibus. Vnum ex ijs quæ præcipiunt, in uulgus efs  
 fuit, uidelicet, ut forent ad bella meliores, æternas esse anis  
 mas, uitamque alteram ad manes. Itaque cum mortuos crea  
 mant ac defodiunt, apta uiuentibus olim. negociorum ratio  
 etiam & exactio crediti deferebatur ad inferos, erātque qui  
 se in rogos suorum, uelut una uicturi, libenter immitterent.  
 Regio quam incolūt, omnis Comata Gallia. Populorum tria  
 summa nomina sunt, terminaturque fluiijs ingentibus. Nam  
 a Pyrenæo ad Garumnam, Aquitania, ab eo ad sequanam,  
 Celtæ, inde ad Rhenum pertinent Belgæ. Aquitanorum clas  
 rissimi sunt Ausci, Celtarum Hedui: Belgarum Treueri. Vr  
 bes opulentissimæ: in Treueris, Augusta, in Heduis, Augustos  
 dunum, in Auscis, Elusaberris. Garumna ex Pyrenæo monte  
 delapsus, nisi cum hyberno imbre, aut solutis niuibus intus  
 munit, diu uadofus, & uix nauigabilis fertur. At ubi obuius  
 oceani exæstuantis accessibus adauctus est, ijsdemque retro  
 remeantibus, suas illiusque aquas agit, aliquantum plenior:  
 et quanto magis procedit, eo latior fit: ad postremum magni  
 freti similis, nec maiora tantum nauigia tolerat, uerum etiā  
 more pelagi sæuientis exurgens, iactat nauigantes atrociter  
 utique, si alio uentus, alio unda præcipitat: In eo est insula An  
 tros nomine, quam pendere & attolli aquis incrementibus  
 ideo incolæ existimant, quia cum uideatur editior, aquis obia  
 cet, ubi se fluctus impleuit, illam operit, nec ut prius tantum  
 ambit: & quod ea quibus ante ripæ collesque ne cernerentur  
 obsisterant, tunc uelut ex loco superiore perspicua sunt. A Ga  
 rumnæ exitu latus illud incipit terræ procurrentis in pelag



gus, & ora Cantabricis aduersa littoribus, alijs alijsque populis media eius habitantibus, ab Santonibus ad Ossismios usque deflexa. Ab illis enim iterum ad septentriones frons littorum respicit, pertinentq; ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec portu, quem Gesoriacum uocant, quicquam habent notius. Rhenus ab Alpibus decidens, prope a capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium, mox diu solidus, & cetero aluco lapsus, haud procul a mari huc & illuc dispergitur, sed ad sinistram amnis etiam tum, & donec effluat Rhenus, ad dexteram primo angustus et sui similis: post ripis longe ac late recedentibus, iam non amnis, sed ingens lacus, ubi campos impleuit, Fleuo dicitur: eiusdemq; nominis insulam amplectus, fit iterum arctior, iterumq; fluuius emittitur.

¶ Ex ora Galliarum extrema.

¶ Ut hominem optimam & gratissimam dijs uictimam crederent. Scribo ut hominem opimam & gratissimam dijs uictimam caderent, ut libro secundo de tauris populis. Immanemq; famam habent solere pro uictimis aduenas cedere. Confirmat etiam quod statim sequitur. ¶ Atq; ut ab uictimis cadibus temperant, legendum potius atq; ut ab humanis cadibus temperant. Quod autem sequitur, deuotas scribo deuotos ut subintelligas homines. Nam alias quod uestigium obsecro erat feritatis abolitæ, delibare uictimas, quas mactare erat pietas. & infra.

¶ Cum mortuos cremant ac defodiunt apta uiuentibus olim. Legendum, cum mortuis non cum mortuos, ex obseruatione Mariangeli. & infra.

¶ Exactio crediti deferebatur ad inferos. Scribo differebatur ad inferos. Valerius Maximus. Vetus illemos galloꝝ

POMPONII MELÆ.

occurrit quos memoriæ proditum est pecunias mutuas quæ  
 his apud inferos redderentur, dare. & infra. ¶ Nam a Pyres  
 nœo ad garumnam Aquitania. Lego Aquitani non Aquitas  
 nia, quia præcessit Populorum tria summa nomina, & sequi  
 tur Celtæ & Belgæ. & infra. ¶ Ab eo ad sequanam Celtæ.  
 Ptolemæus Secoanam. Strabo. Secuanam. & infra. ¶ Aquis  
 tanorum clarissimi sunt Ausci. Auscij cum duobus. ij. Strabo  
 & Ptolemæus & si Hermolaus in. plinianis cast. aliter scrib  
 bat. & infra. ¶ Celtarum hedui. Strabo & Ptolemæus sine  
 aspiratione, sed Ptolemæus cum. æ. diphthongo in prima Ae  
 dui. Strabo fere cum. e. edui, nonnunquam tamen cum. oe. dis  
 phthongo Oedui. Stephanus cum Ptolemæo, sed Aedusios no  
 minat, si error non est in exemplari. Cornelius Tacitus unde  
 cimo Eduos sine aspiratione & diphthongo uocat. Urbem eo  
 rum, Augusto dunum Ptolemæus & Marcellinus nominant  
 Proinde non est q̄ eam quis dictionem mutare attentet. & in  
 fra. ¶ Belgarū Treueri Ptolemæus Trebiri, Strabo & Cor  
 nelius tacitus de moribus germanorum Treuiri. & infra.

¶ In Treueris Augusta. Puto desiderari uerbum Treuironū,  
 Legendumq; ex Ptolemæo Augusta Treuironum, ut differat  
 ab alijs urbibus eiusdem nominis. Nam & Ausciorum Augu  
 sta est. Proinde quod sequitur. ¶ In Auscijs elusaberris. legendū  
 in Auscijs Augusta. ex eodem Ptolemæo expuncta peregrina  
 & Barbara dictione Elusaberris. Sunt tamen nonnulli & in  
 genio & doctrina præstantes uiri qui censeant scribendum  
 hic Elusa pro Elusaberris, quod Elusates in aquitania celebrē  
 tur a casare tertio commentariorum de bello gallico & a Plin  
 io in quarto. Sed mihi apud plinium diuersi esse uidentur Elu  
 sates ab Auscijs, neq; posse ex eo colligi Elusam urbem esse  
 Ausciorum. Presertim cū Ammianus Marcellinus Elusam in

Narbonensi

Augusta Tre  
 uironum.

narbonensi statuatur non in Aquitania, cuius sunt populi Ausci. Nihil itaq; ex priore sententia mutuo. & infra. ¶ Ad postremum magni freti similis nec maiora tantum &c. Totum hunc locum sic lego ac dispungo. Ad postremum magni freti similis, non maiora tantum nauigia tolerat, uerum etiam more pelagi scæuentis exsurgens, iactat atrociter, utiq; si alio uentus &c. & infra. ¶ Quia cum uideatur editior aquis obiacet, ubi se fluctus impleuit &c. Hunc item locum diuerso modo & scribo & percipio sic, quia cum uideatur aditiora quibus obiacet, ubi se fluctus impleuit, illa operit, nec ut prius tantum abeunt & infra. ¶ Pertinentq; ad ultimos &c. Lego pertinet, frons uidelicet non pertinent. & infra. ¶ A Santonibus ad Osismios. Santones penultima longa Ptolemæus & Stephanus. At Strabo cum .o. paruo & diuerso ordine Santoni. & infra. ¶ Nec portu quem Gesoriacum uocant quicquam habent notius. Ptolemæus per .i. in prima et duplex, .s. & duplex item, .r. Gifforrhiacon. Item habet lego non habent ut referatur ad illud frons. & infra. ¶ Vbi cam pos impleuit fleuo dicitur. Fleuū Plinius unum ex ostijs Rheni appellat. Est etiam castellum germaniæ trās Rhenum Cornelio Tacito in sexto.

Germania Caput. III.



ermania hinc ripis eius usq; ad alpes, a meridie ipsis Alpibus: ab oriente Sarmatarū confinio gentiū: qua septentrionem spectat, Oceanico littore obducta est. Quibabitant, immanes sunt animis atq; corporibus, & ad insitam feritatem uaste utraque exercent, bellando

animos, corpora ad consuetudines laborum: maximo frigore  
 nudi agunt ante quam puberes sint, & longissima apud eos  
 pueritia est. Viri sagis uelantur, aut libris arborum, quãuis  
 sæua hyeme, nandi non patientiatantum illis, studium etiam  
 est. bella cum finitimis gerunt, causas eorum ex libidine ac-  
 cersunt, neq; imperitandi prolatandiq; quæ possidet (nam ne  
 illa quidem enixè colunt) sed ut circa ipsos quæ iacent uasta  
 sint. Ius in uiribus habent, adeo ut ne latrocinij quidè pudeat  
 tantum hospitibus boni, mitescq; supplicibus, uictu ita asperi  
 incultique, ut cruda etiam carne uescantur, aut recenti, aut  
 cum rigetem in ipsis pecudum ferarumq; corijs manibus pes-  
 dibusque subigendo renouarunt. Terra ipsa multis impedia-  
 ta fluminibus, multis montibus aspera, & magna ex parte  
 syluis ac paludibus inuia. Paludum, Suevia, Messia, & Messias  
 gum maxima. Sylvarum, Hercynia, & aliquot sunt quæ nos  
 men habent, sed illa dierum sexaginta iter occupans, ut ma-  
 ior alijs, ita & notior. Montium altissimi Taurus & Rhetis  
 co, nisi quorum nomina uix est eloqui ore Romano. Amnium  
 in alias gentes exeuntium Danubius, et Rhodanus: in Rhenū  
 Mœnis & Lupia: in Oceanum, Amisus, Visurgis, & Albis,  
 clarissimi. Super Albim Codanus ingens sinus, magnis para-  
 uisque insulis refertus est. Acre mare quod gremio littorum  
 accipitur, nusquam late patet, nec usquam mari simile, uerū  
 aquis passim interfluentibus, ac sæpe transgressis, uaguin at  
 que diffusum facie amnium spargitur: qualittora attingit,  
 ripis contentum insularum non longe distantibus, & ubique  
 pene tantundem, ut angustum & par freto, curuanque sub  
 inde se, longo supercilio inflexum est. In eo sunt Cymbri,  
 & Teutoni: ultra ultimi Germaniæ Hermiones.

Ex Germania.

**C**OCEANICO littore obducta est. Lego oceani littore &c. & infra. **C**orpora, ad consuetudines laborum. Scribendum puto. corpora assuescendo labori. ut uerbum sit uerbo simile. Bellando. assuescendo. & infra. **C**Sylvarum Hercynia. Strabo Ercyniam sine aspiratione scribit. Ptolemæus. Eratosthenes et alij græci auctores Orcynium auctore Casare in sexto comentariorum & infra. **C**Montium altissimi Taurus & rhetico. Cornelius Tacitus libro duodecimo montem Taurum cum Pomponio nominat. Idem tamen in. xiiij. Tannum non Taurum. & infra. **C**Nisi quorum nomina. Aldus & alij quorum nomina. & infra. **C**Moenis & Lupia. Scribo Moenis & Lupias ex Strabone & Cornelio Tacito. & infra. **C**Amisus, Visurgis. Ptolemæus. Amasius & Visurigis. Strabo. Plinius. Cornelius Tacitus Visurgis cum Pomponio. Amasias tamen est Straboni. Amisia Cornelio Tacito. & infra. **C**Ac sepe transgressis. hæc uerba aliquem quidem sensum habent, friuolum tamen & parum necessarium. itaque pro alienis fere habeo. & infra. **C**In eo sunt Cymbri & Teutoni. Scribo Cimbri cum. i. in prima ex Ptolemæo. Strabone. Plutarcho & omnibus. Item Teutones non Teutoni ex Ptolemæo & Plutarcho.

**C**Sarmatia. Caput. III.

**S**armatia intus quam ad mare latior, ab ijs que sequuntur Visula amne discreta, qua retro abit, usque

l ij

ad Istrum flumen immittit: gens habitu armisque Parthica proxima, uerum ut cœli asperioris, ita ingenij. non se urbibus tenet, & ne statis quidē sedibus, ut inuit auere pabula, ut cecidens & sequens hostis exigit, ita res opesque secum trahens, semper castra habitat, bellatrix, libera, indomita, & usque eo immanis atque atrox, ut fœminæ etiam cum uiris bella ineanr: atque ut habiles sint, natis statim dextra aduritur mamma, ut inde expedita in ictus manu quæ exeritur, uirile fiat pectus. arcus tendere, equitare, uenari, puellaria pensa sunt: ferire hostem, adultarum stipendium est, adeo ut nō percussisse, pro flagitio habeatur, sitq; eis pœnæ uirginitas.

### ¶ Ex Sarmatia.

¶ QUA retro abit usque ad istrum flumē immittit. Lego immittitur ut in thracia a pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus immissa. Nam in agendi significatione in Creta ad orientem Sammonium promontorium, ad occidentem Criumetopon immittit. Posset etiam legi, nec male, in it. ut infra de Arabico sinu. In it penitus introrsusque dum Aegyptum &c. & infra. ¶ Ut inde expedita in ictus manu quæ exeritur uirile fiat pectus. Non sapit hæc oratio candorem Melæ nec breuitatem illam quæ semper doctissimis quibusque summæ fuit curæ. Lego igitur paucioribus uerbis, sensu eodem. Inde expedita in ictu manus, uirile fit pectus, cætera superfluent, adiecta, puto ab ineptis ut aiunt glossatoribus.



Nde Asia cōfinia, nisi ubi perpetuæ hyemes  
 sedent & intolerabilis rigor, Scythici pos-  
 puli incolunt, fere omnes etiam in unum  
 Sage appellati. In Asiatico littore primū  
 Hyperborei super aquilonem Rhiphæosq;  
 montes sub ipso syderum cardine iacent,  
 ubi sol non quotidie, ut nobis, sed primum uerno æquinoctio  
 exortus, autumnali demū occidit, & ideo sex mensibus dies,  
 & totidem alijs nox usque continua est. Terra angusta, aprī-  
 ca, per se fertilis, cultores iustissimi, & diutius quā ulli mora-  
 talium & beatus uiuunt. Quippe festo semper ocio leti, nō  
 bella nouere, non iurgia, sacris operati maxime Apollinis,  
 quorum primitias Delon misisse initio per uirgines suas, de-  
 inde per populos subinde tradentes ulterioribus, moremque  
 eum diu, & donec uitio gentium temperatus est, seruasse re-  
 feruntur. Habitant lucos syluasque, & ubi eos uiuendi facies-  
 tis, magisque tædium cepit, hilares redimiti fertis semetipsos  
 in pelagus ex certa rupe præcipites dant: id eis funus exi-  
 mium est. Mare Caspium ut angusto, ita longo etiā freto pri-  
 mum terras, quasi fluuius irrupit: atque ubi recto alueo in-  
 fluxit, in tres sinus diffunditur: cōtra os ipsum, in Hyrcanum:  
 ad sinistram in Scythicum: ad dextram in eum quem proprie  
 & totius nomine Caspium appellant, omne atrox, sænum,  
 sine portibus, procellis undique expositum, ac belluis magis  
 quā cetera referunt, & ideo minus nauigabile. Ad introeū-  
 tium dextrā Scythæ Nomades freti littoribus insident. Intus  
 sunt ad Caspium sinum Caspij, & Amazones sed quas Sauro-  
 matidas appellant: ad Hyrcanū Albani, & Moschi, & Hyr-

cani: In Scythico, Amardi, & Pæsici, etiam ad fretum Derbis  
 ces. Multi in eo sinu magni paruique amnes fluunt: sed qui fa-  
 mam habent, ex Ceraunijs montibus uno alueo descendit, duo  
 bus exit in Caspium, Araxes Tauri latere demissus, quoad ca-  
 pos Armeniæ secatur, labitur placidus & silens, neque in utrâ  
 partem eat, quanquam intuearis manifestum: cum in aspe-  
 riora deuenit, hinc atque illinc rupibus pressus, & quanto  
 angustior, tanto magis pernix, frangit se subinde ad opposita  
 cautium, atque ob id ingentium murmure, sonasque deuolu-  
 nitur adeo citus, ut qua ex præcipiti casurus est, in subiectâ  
 non declinet statim undam, sed ultra quam canalem habet,  
 euehat, plus iugeris spatio sublimis, & aquis pendentibus se-  
 met ipsum sine alueo ferens. deinde ubi incuruus, arcuatoque  
 amne descendit fit tranquillus: iterumque per campos tacitus,  
 & uix fluens in id littus elabatur. Cyrus & Cambyses ex ra-  
 dicibus Coraxici montis uicinis editi, & in diuersa abeunt,  
 perque Iberas, & Hyrcanos diu & multum distantibus al-  
 ueis defluunt: post non longe a mari eodem lacu accepti, in  
 Hyrcanum sinum uno ore perueniunt. Taxartes & Oxos per  
 desertâ Scythiæ ex Sogdianorum regionibus in Scythicum exe-  
 unt: ille suo fronte grandis, hic incursum aliorum grandior, &  
 aliquandiu ad occasum ab oriente currens, iuxta Dabas pris-  
 mum inflectitur: cursuque ad Septentrionem conuerso, inter  
 Amardos & Pæsicas os aperit. Syluæ alia quoque dira ani-  
 malia, uerum & Tigres ferunt, utique Hyrcaniæ sauum fes-  
 rarum genus, & usque eo pernix, ut illis longe quoque pro-  
 gressum equitem consequi, nec tantum semel, sed aliquoties  
 etiam cursu unde cœperit subinde repetito, solitum & facile  
 sit. Causa ex eo est, quod ubi ille interceptos earum catulos  
 citus cœpit auertere, rabiem appropinquantium frustratus



rus, astra unum de pluribus omittit: hæc proiectum accipiunt  
 & ad cubilia sua referunt, rursumque & sæpius remeant, ac  
 que idem efficiunt, donec ad frequentiora, quam adire audeat  
 profugus raptor euadat. Ultra Cassium sinum quidnam esse  
 set, ambiguum aliquan. tu fuit, idem ne oceanus, an tellus in  
 festa frigoribus, sine ambitu, ac sine fine proiecta. Sed præter  
 Physicos, Homerumque, qui uniuersum orbem mari circumfusum  
 esse dixerunt, Cornelius Nepos, ut recentior auctoritate, sic certior  
 tradit: testem autem rei Q. Metellum Celere adijcit, eumque ita retulisse commemorat, Cum Gallis pro  
 consul præesset. Indos quosdam a rege Sueuorum dono sibi da  
 tos, unde in eas terras deuenissent requirendo, cognosse uiros  
 pestatum ex Indicis æquoribus abreptos, emensosque que in  
 tererant, tandem in Germania littora exisse. Restat ergo pelagus,  
 sed reliqua lateris eiusdem assiduo gelu durantur, & ideo deserta sunt.

¶ Ex Scythia.

¶ FERRE omnes etiam in unum Sagæ appellati. Si in his  
 uerbis non esset deprauatio, sibi ipsi repugnaret Mela. Nam  
 quam dixisset fere omnes, inepte adiectum esset, in unum.

Castigandum ergo existimo. Persæ omnes etiam num  
 Sacas appellant, ex Plinio & Herodoto, & in

fra. ¶ Terra angusta. Lego augusta non

angusta. & infra. ¶ Donec uitio

gentium temperatus est.

Lego temeratus est.

Aldus turbas

tus est.

## Hispania &amp; septentrionis insula. Caput. VI.



Is oris, quas angulo Baticæ hucusque perstrinximus, multæ ignobiles insulæ et sine nominibus etiam adiacent; sed earum quas præterire non libeat, Gades fretum attingit, eaq; a continenti angusto spatio, et uelutiflumine abscissa, qua terris propior est pene rectam ripam agit; qua oceanum spectat, duobus promontorijs euecta in altum, medium litus abducit, & fert in altero cornu eiusdem nominis urbem opulentam; in altero, templum Aegyptij Herculis, conditoribus, religione, uetustate opibus illustre, Tyrij condidere, cur sanctum sit, ossa eius ubi sita efficiunt; annorum queis manet numerus, ab Iliaca tempestate principia sunt, opes tempus aluit. In Lusitania Erythia, quæ Geryone habitat am accepimus, aliæq; sine certis nominibus, adeo agri fertiles, ut cum semel sata frumenta sint, subinde recidiuis seminibus segetem nouantibus, septem minimum, interira plures etiam messes ferant. In Celticis aliquot sunt, quas quia plumbo abundant, uno omnes nomine Cassiterides appellant. Sena in Britanico mari Osismi cis aduersa littoribus, Gallici numinis oraculo insignis est, cuius antistites perpetua uirginitate sanctæ numero noue esse traduntur, Gallicenas uocant, putantq; ingenijs singularibus præditas, maria ac uentos cõcitare carminibus, scq; in quæ uelint animalia uertere, sanare quæ apud alios insanabilia sũt, scire uetura et prædicare, sed nõ nisi dedita nauigantibus, et in id tantum, ut se cõsulerent præfectis. Britania qualis sit, qualesq; progesneret, mox certiora et magis explorata dicitur. Quippe tam diu clausam aperit ecce principum maximus, nec indomitam.

Septem nodos  
figura de  
qua quin  
Alia nũ

modo ante se, uerum ignotarum quoque gentium uictor, qui  
 propriarum rerum fidem ut bello affectauit, ita triumpho  
 declaraturus portat. Cæterum ut adhuc habuimus, inter ses  
 septentrionem occidentemque profecta, grandi angulo Rheni of  
 tia prospicit, deinde obliqua retro latera abstrahit, altero Gal  
 liam, altero Germaniam spectans, tum rursus per petuo mar  
 gine directi litoris a tergo abducta: iterum se in diuersos  
 angulos cuneat triquetra, & Sicilia maxime similis, plana,  
 ingens, secunda, uerum ijs quæ pecora quam homines benig  
 gnus alant. Fert nemora, saltus, ac prægrandia flumina alter  
 nis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia, & quædam  
 gemmas margaritasque generantia. Fert populos regesque  
 populorum, sed sunt inculti omnes, atque ut longuis a contis  
 nenti absunt, ita aliarum opum ignari magis, tantum pecora  
 reac finibus dites, incertum ob decorem, an quid aliud ultro  
 corpora infecti. Causas autem & bella contrahunt, ac sic fre  
 quenter inuicem infestant, maxime imperitandi cupidine, stu  
 dioque ea prolatandi, quæ possident. Dimicant non equitatu  
 modo aut pedite, uerum & bigis & curribus, Gallice arma  
 ti. Coninos uocant, quorum falcatis axibus utuntur. Super  
 Britanniam Iuuerna est, pene par spatio, sed utrinque æquas  
 lis, tractu littorum oblonga, cœli ad maturada semina iniqui  
 uerum ad eo luxuriosa herbis, non lætis modo, sed etiam dulci  
 bus, ut se exigua parte diei pecora impleant, & nisi pabulo  
 prohibeantur, diutius pasta dissiliant. Cultores eius inconditi  
 sunt, & omnium uirtutum ignari, magis quam aliæ gentes,  
 aliquatenus tamen gnari, pietatis admodum expertes. Tris  
 ginta sunt Orchades angustis inter se diductæ spatijs. Septem  
 Hermodes contra Germaniam proiectæ in illo sinu, quem Co  
 danum diximus. Ex ijs Codanonia quam adhuc Teutoni ter

nent, ut magnitudine alias, ita fecunditate antestat. Quæ Sar-  
 matis aduersa sunt, ob alternos accessus recursusque pelagi,  
 & quod spatia queis distant, modo operiuntur undis, modo  
 nuda sunt, alias insule uidentur, alias una & continens ter-  
 ra. In his esse Conas, qui ouis auium palustrium, & auenis  
 tantum alantur: esse equinis pedibus Hippopodas, & Satma-  
 los, quibus magnæ aures, & ad ambiendum corpus omne pa-  
 tula, nudis alioqui pro ueste sint, præterquam quod fabulis  
 traditur, auctores etiam quos sequi non pigeat, inuenio. Thu-  
 le Belgarum littori opposita est, Graijs & nostris celebrata  
 carminibus. In ea quod sol longe occasurus exurgit, breues  
 utique noctes sunt, sed per hyemem sicut alibi obscuræ, æstate  
 lucidæ, quod per id tempus iam se altius euehens, quanquam  
 ipse non cernatur, uicino tamen splendore proxima illustrat:  
 per solstitium uero nullæ, quod tum iam manifestior non ful-  
 gore modo, sed sui quoque parte maximâ ostendat. Talga in Ca-  
 spio mari sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans:  
 sed uicini populi quæ gignuntur attingere nefas, & pro  
 sacrilegio habent, dijs parata existimantes, dijsque seruanda.  
 Aliquot & illis oris, quas de fertas diximus, æque deserta ad-  
 iacent, quas sine proprijs nominibus Scythicas uocant. Abijs  
 in eorum recursus inflectitur, inque oram terræ spectatis oriens  
 tem pertinet. Hæc a Scythico promontorio apposita, primum  
 ob niues est inuia, deinde ob immanitatem habitantium  
 inculta. Scythæ sunt androphagi, & Sagaræ, distincti regione,  
 quia feris scatet, inhabitabili. Vasta deinde iterum loca  
 belluæ infestant, usque ad montem mari imminentem: nomis-  
 ne Tabin. Longe ab eo Taurus attollitur. Seres intersunt,  
 genus plenum iustitiæ ex commercio, quod rebus in solitudi-  
 ne relictis, absens peragit.

**C**Ex Mari Caspio.

**C**Amardi et Pasici. Stephanus Pasarca. Ptolemæus Pasica.  
& infra.

**C**ETIAM ad fretum Derbices. Scribe disunctim. Et  
iam ad fretum Derbices. Stephanus tamen per duplex. cc. &  
& diphthongon in fine. Derbiceæ, Apolloniij auctoritatem se-  
cutus. aitq; appellari a Ctesia Derbios uel Terbiffos. Dionys  
sius Byzantius Derecbios nominat. Strabo undecimo modo  
Derbeces penultima producta, modo derbyces cum. y. in eas  
dem si uacat mēda exemplar. Ptolemæus cum Stephano Der-  
biceæ. Sed in relatione Mediæ Dribyces. Sicq; habet uetus Plin-  
nij codex. & infra.

**E**D V O B V S exit in Caspium. Araxes Tauri late-  
re demissus. Verba illa. Araxes Tauri latere demissus, sen-  
sum inchoant diuersum Per præcedentia uero fluius signifi-  
catur, cuius nomen librariorum incuria omisit. Hunc putas  
mus esse fluium, Rha. Tum q; facilis fuit librarij ubiq; dors  
mitantis lapsus una duntaxat syllaba præterita, Tum quod  
Mela duobus alueis tradit exire in Caspium sinum, quod de  
Rha flumine aperte testatur Ptolemæus. Præterea si quis re  
diligenter examinet, inueniet ex magna fluiorum copia qui  
in hyrcanum mare emittunt, sex tantum qui famam habeāt  
delegisse Melam, quos memoriæ proderet. Duos in sinum cas-  
pium emittentes, totidem in Hyrcanum, postremos duos in  
Scythicum. Deniq; Rha fluius Plage septentrionalis  
Tanaidi nicinus auctore Marcellino, clarus est & celeberr  
uel quod determinat Sarmatiam a Scythia ut scribit Pto-  
lemæus uel radice cuiusdam herbæ uegetabilis quæ in eius

Curiosa pen-  
sitatio.

supercilijs gignitur ad usus multiplices medelarum ut idem Marcellinus tradit. & infra. ¶ Quamuis intuearis manifestum. Rectius Aldus. manifestus. & infra. ¶ In subiectam non declinet statim unda. Lego in subiecta ut subinpelligar loca, astipulantibus etiam Aldi exemplaribus. & infra. ¶ Ex radicibus Coraxici uontis uicinis editi. De est uerbum fontibus. ex Aldo. ut sit uicinis fontibus editi. & infra. ¶ Perq; Iberas & hyrcanos diu & multū &c. Legendū uidetur perq; Armenios et albanos. &c. Plinius in sexto flumina p Albaniam decurrunt in mare Casios & Albano. Deinde Cambyses in Caucasys ortus montibus, Mox Cyrus in Coraxicis. Strabo undecimo. In medio planicies est fluminibus irrigua præsertim Cyro qui ortum ex Armenia trahens mox dictam planiciem intrat, atq; Aragum amnem e Caucaſo de fluentem recipiens euadit in Albaniam, inter quam & Armeniam in mare Caspium erumpit. & paulo post idem Strabo. Cyrus autē qui per Albaniam fluit & alia flumina eum argentia terra & anſoecundioſiorem exhibent. Hæc Strabo. In cuius translatione uitiōse scriptum est Aragum pro Aragonem ut habent græci codices. Sed potest etiam legi. per Iberas & albanos. Nam Ptolemaeo auctore Cyrus per totam Iberiam & Albaniam fluit diuidens illas ab Armenia.

Strabonis loc.  
cus.

¶ India.

Caput. VII.



Motis India non Eoo tantum apposita pelago, sed & ei quod ad meridiem spectans Indicum diximus, & hinc Tauri iugis, ab occidente inde finita, tantum spatium littoris occupat, quantum per sexas

ginta dies noctesque uelificantibus cursus est, ita multum a  
 nostris abducta regionibus, ut in aliqua parte eius neuter ses-  
 ptentrio appareat, aliterque quam in alijs oris, umbrarum  
 ad meridiem iaceant. Caterum fertilis, & uario genere ho-  
 minum: aliorumque animalium scater. Alit formicas non mi-  
 nores maximis canibus, quas more Gryphorum aurum penis-  
 tus egestum, cum summa pernicie attingentium custodire co-  
 memorant. Immanes & serpentes aliqui, ut Elephantes mor-  
 su atque ambitu corporis afficiant. Tam pinguis alicubi, &  
 tam feracis soli, ut in eo mella frondibus defluant, lanas sylua  
 ferant, arundinum fissa internodia ueluti nauitas binos &  
 quaedam ternos etiam uehant. Cultorum habitus moresque  
 dissimiles. Lino alij uestiuntur aut lanis, quas diximus, alij ses-  
 rarum auiumque pellibus, pars nudi agunt, pars tantum ob-  
 scena uelati, alij humiles paruique, alij ita proceri & corpora  
 re ingentes, ut Elephantis etiam, & ibi maximis, sicut nos  
 equis, facile atque habiliter utantur. Quidam nullum animal  
 occidere, nulla carne uesci, optimum existimant, quosdam ras-  
 tum pisces alunt. Quidam proximos parentesque priusquam  
 annis aut aegritudine in maciem eant, uelut hostias cadunt:  
 caesorumque uisceribus epulari, fas & maxime pium est. At  
 ubi senectus aut morbus incessit, procul a ceteris abeunt, mor-  
 temque in solitudine nihil anxij expectant, prudentiores eis,  
 quibus ars: studiumque sapientiae contingit, non expectant  
 eam, sed ingerendo semet ignibus, lati & cum gloria ac-  
 cerunt. Urbium quas incolunt (sunt autem plurimae) Nysa est  
 clarissima & maxima. Montium Meros Ioui sacer, famam  
 hinc praecipuam habent, quod in illa genitum, in huius specu  
 Liberum arbitrantur esse nutritum, unde Graecis auctoris  
 buo, ut saemori Iouis in sutum dicerent, aut materia ingessit,

Quidem pl.  
 li. b. c. 22 a  
 ut qd septen-  
 trib non cor-  
 mtur, sed  
 volu eres se-  
 cum uehant  
 emittentes  
 Sapius ma-  
 ritum ea  
 rumq; vias  
 pelententi  
 hui comita-  
 tur. et m li.  
 b. c. 19. ait  
 qd septentis  
 ones semel  
 m anno apa-  
 rene c m  
 51 xv. dieb9  
 ibi uelut na-  
 utas fas de  
 hac figurale  
 de qumtu  
 aruo li. b. c.  
 de or natu

lego ex So aut error. Oras tenent ab Indo ad Gangem Palibotrica Gang  
 lino c. 65. ge ad Iolida, Nysii, ubi magis quam ubi habitetur: exastuat,  
 et ex steph tra gentes, & quodam modo Aethiopes: ab iolide ab Cuda  
 no. et Ph. li. et recta sunt littora, timidique populi, & marinis opibus affa  
 6. c. 22. et 19. oras lenedim dices. Tamos promontorium est quod Taurus attollit, col  
 a coli co. ad alterius partis angulus, initiumq; lateris ad meridiem ver  
 gangem. Pasi, Ganges & Indus amnes, ille multis fontibus in Hamodo  
 ubotri a qe India monte conceptus, simul unum alueum fecit, fit omniu  
 ge ad indu maximus, & alicubi latius, quando angustissime fluit, decem  
 mysei ab m milia passuum patens, in septem ora dispergitur. Indus ex mo  
 do mgu & te Paropamisso exortus, & alia quidem flumina admittit, sed  
 ut habet se flu clarissima Cophen, Acesinem, Hydaspem, conceptamq; pluri  
 exastuat bus alueis undam lato spacio trahit. Hinc pene Gangem mas  
 lego a codia gnitudine exaequat. Post ubi aliquot saepe magnis flexibus cin  
 ad coduta git iugum, ingens iterum, rectus, solidusq; descendit, donec ad  
 linqa m diae laeuam dextramq; se diducens, duobus ostiis longe distantibus  
 suam p cat exeat. Ad Tamum insula est Chryse, ad Gangem Argyre, ala  
 qui nudi a quert et sic co tera aurei solis (ita ueteres tradidere) altera argentei, atque  
 in go ex pfo ita, ut maxime uidetur, aut ex re nomen, aut ex uocabulo fia  
 lo. h. 7. sta fabula est. Taprobane, aut grandis admodum insula, aut

lego ad mdu prima pars orbis alterius, Hipparcho dicitur: sed quia habita  
 Ex Solino c. tur, nec quisquam circum eam esse traditur, prope uerum est  
 68. et ex pl. Contra, inde illa ostia sunt, quae uocant Solis, adeo inhabita  
 li. 6. c. 21. tabilia, ut ingressos uis circumfusi aeris exanimet confestim,  
 & inter ipsa ostia rara tenet regio, ob aestus intolerabiles, ali  
 cubi cultoribus egens. Inde ad principia Rubri maris pertis  
 nent inuia, atque deserta humus, & cineri magis quam pula  
 ueri similis. Ideoque per eam rara, & non grandia flumina  
 emanant, quorum Tuberonem & Arusacem, notissima acce  
 pimus. Rubrum mare Graeci, siue quia eius coloris est, siue quia

¶ credo legero um ee. sic ut maxime uidetur  
 ex uo & abulo ficta fabula



ibi Erythras regnavit, erythra thalassam pellant, procellosum  
 asperum, profundum, & magnorum animalium magis quā  
 cætera capax: primo recedenteis oras aequaliter impellit, &  
 ut non intret interius, aliquantum patens sinus erat. Sed quas  
 ripas inflexerat, bis irrumpit, duosq; iterum sinus aperit: Per si-  
 cur uocatur dictis regionibus propior, Arabicus, & ulterior.

**¶** Ex insulis Hispaniæ & septentrionis.

**¶** His oris quas angulo bætica uidetur desiderari præpositio:  
 ab. ut sit. ab angulo bætica. & infra. **¶** Annorū quis manet Verba falso  
 numerus. falso hæc quoq; uerba Pomponio obtruduntur. & mela obtrus  
 infra. **¶** Adeo agri fertiles. Scribo. adeo agri fertilis, ut in Ins sa.  
 dia. & tam feracis soli ut mella frondibus desluat. & infra.  
**¶** Gallicenas uocant. Vide an legi etiam cōmode que at Gal-  
 licinas. ut fidicinas. Lyricinas. carmina enim illis tribuit, &  
 infra. **¶** Scire uentura & prædicare lego prædicere non præ-  
 dicare. & infra. **¶** Ita aliarum opum ignari magis. Scribo  
 ita alienarum opum ignari magis. & infra. **¶** Ultro corpora  
 infecti. addenda est ut puto dictio. glasto. a librarijs prætes-  
 rita, ut sit. ultro corpora glasto infecti. Casar quinto cometas  
 riorū. Omnes uero se britani ultro glasto inficiunt, quod ceruleū  
 efficiat colorem, atq; hoc horridiore sunt in pugna aspectu. Mes-  
 minit & Plinius libro xxij. cap. i. **¶** Causas & bella contras-  
 hunt, ac sic frequenter inuicē infestant. Aldus. Causas autem  
 bellorum & bella contrahunt. Lego. Causas autem Bellorū  
 ex libidine contrahunt ac se frequenter. & c. ut supra in Ger-  
 mania. Bella cum finitimis gerunt. Causas eorum ex libidine  
 accersunt. & infra. **¶** Non equitatu modo aut pedite. Lego  
 pedicatu non pedite. & infra.

Verba rursus  
aliena nō pō  
ponij.

**¶** Curribus gallice armati. Scribendum uidetur alterutro modo, aut curribus gallicis armati, aut curribus gallice armatis. & infra. **¶** Magis quam aliæ gentes aliquatenus tam men gnari. Hæc etiam uerba non recte Pomponio ascribuntur, magis uidentur hominis defensantis honorem iuuenæ, quem dolebat tanti auctoris elogio imminutum & infra. **¶** Contra germaniam proiecta. Aldus Vectæ rectius. Plinius unitatis numero uectis. & infra. **¶** Et satmalos quibus magnæ aures. quæ malum Satmalos uox est. Nempe ex earum nota quæ ab imperitis Agyrtis interiecta, pulcherrimum hoc opus non paucis in locis contaminauere. Strabo græco & literato nomine Enotocoetas appellat Plinius corrupto etiam nomine fanesios uocat libro quarto, ubi forte non fanesios sed panusios legendum quod toti auribus contegantur. Sed hoc arbitrium sit. & infra. **¶** Talga in Cassio mari. Plinius in sexto Tazata. Ptolemæus Tachalca sic enim præfert codex græcus. latinus talchalëgit. Hermolaus sine aspiratione talca. & infra. **¶** Dijs parata existimantes dijs que seruada. particula. que. delenda. & expende an. potior sit lectio. parata. quam parata. & infra. **¶** Hæc a Scythico promontorio apposita. Melius. exposita. & infra. **¶** Scythæ sunt Androphagi. Aldus androphogæ cum. æ. diphthongo in postrema. Scribe Androphogæ cum. œ. diphthongo terminatione græca ex Herodoto. Cui per quam familiaris uox est Androphogoe. & infra. **¶** Longe ab eo Taurus attollitur. Verbum longe putas mus aut redundare, aut si non redundat significare in sublime & excelsum. Nam uidetur hic Mela repetere & apertius dicere quod de Tauro monte in lycia prodiderat. Taurus ipse ab eo is littoribus exurgens uaste satis attollitur. Facit igitur initium & originem montis Tauri, promontorium Tabin, Plis.

nus quoq; libro quinto ab eis littoribus uenire asserit Taurus montem. & paulo ante. ¶ Ab ijs in eorum recursus inflectitur. Lego. Ab ijs in eon mare cursus inflectitur. Plinius in sexto, capite. xvij. A Caspio mari Scythicoq; oceano in Eon cursus inflectitur, ad orientem conuersa littorum fronte.

¶ Sinus Persicus.

Caput.

VIII.



¶ Persicus qua mare accipit, utrinq; rectis lateribus grande ostium quasi ceruice complectitur: deinde terris in omnem partem uaste, & aqua portione cedentibus, magno littorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani. Arabici, & os arctius, & latitudo minor est, maior aliquanto recessus, & multo magis longa latera. Init penitus introrsusq; dum Aegyptum pene, et montem Arabiae Casum attingit, quodam fastigio minus ac minus latus, & quo magis penetrat angustior. Ab ijs quae diximus, ad sinu Persicum, nisi ubi Chelonophagi morantur, deserta sunt. In ipso Carmanij nauigantium dextra positi, sine ueste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se uelant, carne uescuntur, praeter capita toto corpore hirsuti. Interiora Geodrosij, dehinc Persae habitant. Cethis per Carmanios: supra, Andanis, & Corios effluunt. In parte quae pelagi ostio aduersa est, Babyloniorum fines Chaldaeorumq; sunt, & duo clari amnes, Tigris Persidi propior, ulterior Euphrates. Tigris ut natus est, ita descendens usq; ad littora permeat: Euphrates immani ore aperto, non exit tantum unde oritur, sed & uaste quoq; decidit: nec secat continuo agros, sed late diffusus in stagna, diuque sedentibus aquis, & sine alueo patulis piger:

iii

post ubi marginem rupit, uere fluius est, acceptisq; ripis ces-  
 ler & fremens, per Armenios & Cappadocas occidentem  
 petit, ni Taurus obstet, in nostra maria uenturus. Inde ad me-  
 ridiem auertitur, & primum Syros, tum Arabas ingressus,  
 non perdurat in pelagus, uerum ingens modo & nauigabio-  
 lis, inde tenuis riuus despectus emoritur, & nusquam manis-  
 festo exitu effluit, ut alij amnes, sed deficit. Alterum latus am-  
 bit plaga, quæ inter utrunque pelagus excurrit, Arabia dicitur,  
 cognomine Eudæmō, angusta uerum cinnami & thuris  
 aliorumque odorum maxime ferax. Maiorem Sabæi tenent,  
 partem, ostio proximam & Carmanis contrariam partem  
 Macæ, quæ inter ostia ostenditur, syluæ cautesq; exasperant.  
 Aliquot sunt in medio insulæ sitæ, Ogyris, quod in eo Erythræ  
 regis monumentum est, magis clara, quam ceteræ.

1. foli x.

## ¶ Ex India.

¶ **C**AB occidente indefinita. Legendum ab occidente Indo  
 finitæ. Res nota ex Strabone. Ptolemæo. Plinio. Arrhiano &  
 omnibus. Notauit hoc etiam Mariangelus. & infra. ¶ Im-  
 manes & serpentes aliqui, ut elephantes morfu atque ambi-  
 tu corporis afficiant. Nihil muto. Tantum monco. legi etiam  
 posse. Immanes & serpentes alit, ut elephantes morfu atque  
 ambitu corporis conficiant. & infra. ¶ Arundinum fissa in-  
 ternodia. Aldus scissa. Videtur legendum singula, ex Plinii sep-  
 timo libro. arundines inquit tartæ proceritatis ut singula in-  
 ternodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant.  
 Nam quid attinebat in demonstrando illarum arundinū usu  
 adijcere aut scissa aut fissa. Num admonendus erat lector nō  
 presare illum usum nisi prius scinderentur, & infra.

¶ Veluti nauitas, Scribendum forte uelutinauiculæ. Solinus  
 ut lembi. Nam Plinius eos qui illis internodijs feruntur nō ap-  
 pellauit nauigantes sed homines, ut liquet ex uerbis paulo  
 ante allatis. & infra. ¶ Lino alij uestiuntur, aut lanis, Elegā-  
 tior lectio. Lino alij uestiuntur. Alij lanis. & infra. ¶ At ubi  
 senectus aut morbus incessit. Mariangelus Alij ubi senectus  
 &c. & infra. ¶ Oras tenet ab indo ad Gagen Palibothri. lo-  
 cus, mendis creberrimus & ordo uerborum uitiatissimus.  
 quem si uelimus sensum aliquem commodum elicere, perins  
 de ac putre & ruinosum ædificium demoliendum habemus.  
 Demoliamur igitur dijs bene iuuantibus. Nam ut subuenias  
 mus eximio auctori iam prope animam agenti, committens  
 dum est aliquid uel gyaris & carcere dignum. Lego igitur  
 permutatis prius uerbis, deinde etiam castigatis ad hunc mo-  
 dum. Oras tenent ab iolide ad Indum Nysæi, Ab Indo ad Gan-  
 gen Palibothri. A Gange magis, quam ut habitetur ex es-  
 stuat. Verbum illud Nysæicum. æ. diphthongo in penultima  
 scribendum auctore Stephano ab urbe Nysa indicarum clas-  
 sissima de qua & monte eius mero statim ante disseruit,  
 hoc enim melius quam ut legatur nisi ut alij sentiunt.  
 Nec iolide lego sed Colide. Est autem Colis promontori-  
 um ob immensam altitudinem alio nomine dictum Aors-  
 nos. uel ut alij proferre malunt Aornis, hoc est a uibus  
 inaccessum, cuius multi meminere, & inter alios Plin-  
 ius in sexto. apud quem tamen mendose pro Coliacum  
 Colaicum legitur. Inter hoc promontorium & indum  
 fluuium sitam esse urbem Nysam præter geographos Arria-  
 ni Historicus & apud nos Curtius tradunt. Item Palibos-  
 threni lego non Palibothri, ita gentile nomen formante

Stephano. Ipsam autem urbem Arrianus semper cū. m. in secunda Palimbotbra enūciat. Nec aliter in duobus uetustis codicibus quos ( ut dixi ) domi habeo inuenitur. At Ptolemæus. Strabo. Stephanus. sine. m. oēs cum th. in ultima Palibotbra. Hermolaus autē sine aspiratione scribit in sexto Palibotbra cōtra antiquorū omniū auctoritatem. & infra. ¶ Ab Iolide ad Cudū recta sunt littora. Scribo ut dixi. A Colide. De Cudo nihil cōperi. Sed materiā nobis grauissimus auctor Strabo subministrat emendandi etiam huius loci, Coniacos scribens populos esse Indiæ maxime orientales postremosq; illius plagæ. Quid si nō Cudū sed Tabin et si duriuscula correctione legendū est. Alioquin male cohæreret quod statim sequitur. Tabis promontoriū est quod Taurū attollit. Nam uidetur Pōponius repetere quæ antea dixerat hoc est Tabin. Gangen. & Indū, ut rursus exponat pluribus, quæ antea delibauerat tantū. & infra. ¶ Timidiq; populi et marinis opibus affatim dites. Scribo. nudique populi, sed marinis opibus affatim dites. & ita Aldus recte. Dixit. n. paulo ante. ubi magis quā ut habitetur exæstuat. & infra. ¶ Tamos promontoriū est quod Taurus attollit. Legendū. Tabis promontorium est quod taurum attollit. ex ipso Pōponio supra & Plinio in sexto, capite. xvij. Nec Tabis finis est lateris septentrionalis Asiæ, & Tamos orientalis. Nam si quis rem exactiore cura expendat, inueniet Celticum hispaniæ promontorium initium esse lateris septentrionalis totius terræ, & finem eiusdem lateris esse Scythicū promontorium. A quo rursus incipit latus orientale & finitur Tabi promontorio. A Tabi uero excurrit latus meridialis usq; ad promontorium Hesperion ceras. a quo accipit initium latus occiduum & terminatur antedicto Hispaniæ promontorio Celtico. Quattuor itaq; sunt promontoria tot

tidem Totius habitabilis anguli, Celticum. Scythicū. Tabis.  
 Hesperion Ceras. quattuor latera eiusdem habitabilis inclus  
 dentia. & infra. ¶ Collis alterius partis angulus. Scribo.  
 communis utriusque maris angulus. & infra. ¶ In Hæmos  
 do india monte. Emodum montem siue Emodos montes nam  
 utroq; modo dicitur nemo cum diphthongo scribit. Aspiratio  
 nem autem hoc nomen inuenio habere aliquando, aliquan  
 do non habere, quod & melius si græcos grammaticos audis  
 mus. & infra. ¶ Fit oranium maximus, & alicubi latius,  
 quando angustissime fluit, decem milia passuum patens. Le  
 go non decem milia, sed octo millia passuum patens. ex Plinio  
 Martiano. Solino. Præterea cum iudem Martianus & Solinus  
 Plinij assidui assæclæ & quæ scripserūt omnia a Plinio mutua  
 ti nescio an addā impudēter nulla auctoris p quem profecerāt  
 mentione. Cum ergo Martianus & Solinus maximam et  
 minimam Gangis latitudinem notauerint, miretur quis,  
 cur in Plinio in relatione gangis fluuiorum maximi & ut ita  
 appellem regis, nulla sit mentio maximæ eius latitudinis, ne  
 que item in Pomponio, eodem in utrumque malo crassante.  
 Equidem ita censeo Librariorum culpa omiſsa esse uerba,  
 quibus maxima eius fluuij latitudo explicaretur, idque tam in  
 Plinio quam in Pomponio. Legendum igitur in pomponio ut  
 reor sic. quando latissime uiginti millia passuum & alicubi  
 latius, quando angustissime fluit octo millia. ex Solino ut dixi  
 & Marciano, et quod attinet ad angustissimum fluxum etiā  
 ex Plinio. Modicam latitudinem Strabo facit .c. stadiorum,  
 asserente id etiam Plinio. Profunditatem nusquam minos  
 rcm. xx. passuum uterque. Item amnium maximus libens  
 tius legerim quam omnium. & infra.

¶ Cophen. Aceſinen. Cophen in recto Arrianus in utraque

m iij

Locus diligen  
 ter examina  
 tus & resara  
 tus.

compositione. Cophes Strabo & Plinius. & infra.

¶ Ad Tamum insula est Chryse. Legendum ut monui Tab  
bin. & infra. ¶ Nec quisquam circum eam esse traditur. Le  
gendum isse no esse. hoc est circumisse. Iustrasse. Schema est  
tmesis. ¶ Contra inde illa ostia sunt que uocant solis. Locus  
etiam corruptissimus, & tantum non deploratus. Castis  
go. Contra Indi ostia insula est, quam uocant solis. ex Arrias  
no historico in indica conscriptione, prodente hanc solis insu  
lam quam ipse Nasacalam nominat in ora Ichthyophagorū  
esse. Porro idem Arrianus auctor est super ichthyophagos ha  
bitari interiora a Gedrosijs. Rursus Ptolemæus scribit Ges  
drosios ab oriente terminari indo amne. Ergo uidetur colligi  
ex Arriano & Ptolemæo & Pomponio contra indi ostia esse  
insulam solis. Meminit etiam huius insule Plinius in sexto  
his uerbis. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu ut uiginti  
dierum spacio nauigauerint. Insula solis. & eadem cubile  
nympharum rubens, in qua nullum non animal absumitur  
incertis causis. Accedit Plutarchi auctoritas in libro demonis  
tibus & fluminibus, Indum scribentis magno impetu decur  
rere in ichthyophagorum terram. Caterum ut hac quoque  
parte iuuenimus studiosos Plinianæ lectionis putamus ante dis  
ta plinij uerba uitiosissima ut reor sic esse restituenda. et eas  
dem cubile nymphæ Nereidis, ex eodem Arriano in eadem ins  
dica historia, narrante nympham quandam Nereidem eam  
insulam tenuisse, Et si ego pro comperto habeo Plinium uero  
borum parcissimum & supra quam dici possit breuem, non  
scripsisse nymphæ Nereidis, sed Nereidis tantum. Sic libro  
nono. Nereidum falsa opinio, & in eodem, complures in lito  
tore apparere nereidas. & paulo post Nereidas uero mul  
tas. & libro. xxxvi. capite. v. Nereides supra delphinos &

linij locus  
regius.



Cete & Hippocampus sedentes. Verbum ergo est aduentitium. nymphæ. & expositio illius Nereidis. Deinde procedente ulterius incuria & Inscitia ex nymphæ Nereidis factum est Nympharum rubens. & infra.

¶ Adeo inhabitabilis ut ingressos &c. Lego. ideo inhabitabilis quod ingressos &c. & infra. ¶ Et inter ipsa ostia rara teneat regio. Scribendum puto. At inter ipsa ostia rara uiret regio, astipulante Arriano in historia indica. & infra.

¶ Inde ad principia rubri maris pertinent inuia atque deserta humus. Legendum pertinens non pertinent. et infra.

¶ Quorum Tuberone & Arusacen notissima accepimus. Scribo. Tonderon & Arosapen ex Plinio libro sexto capite. xxiii, tam ex scripta quam Romana lectione. ¶ Ex sinu persico. ¶ In ipso Carmanij nauis

gantium dextra positi. rectior lectio. In ipso nauigantium Carmanij dextra positi, Nam sunt etiam Carmanij in illa ora antequam intres sinum persicum. & infra.

¶ Cethis per Carmanios. Plinius Zetis meminit oppidi Carmanie & Sabis fluij. Sed sit ne idem cum hoc Pomponij an diuersus, parum constat. Plinij uetus codex Chetis legit non Zetis. & paulo ante. ¶ Et quo magis penetrat angustior. Legendum penetratur non penetrat ut in hispania de sinu Sucronensi maior hic & magno satis ore, pelagus accipiens, & quo magis penetratur angustior Setas bin & duriam &c. & infra.

¶ Andanis & Corios. Ptolemaus Carios non Corios. & infra.

¶ Inde tenuis riuus despectus emoritur. Lego in pertenuis riuos dispersus emoritur. posset etiam legi dispassus. & infra. ¶ Maiore Sabæi tenent partem. Ostio proximâ et Car

manis contrariam partem Macæ, quæ inter ostia ostenditur. Scribendum arbitror. Maiorem Sabæi tenent partem. Ostio proximam & Carmanis contrariam Macæ, Partem quæ inter ostia extenditur &c. & infra. ¶ Aliquot sunt in medio insulæ sitæ. Ogyris quod in eo &c. Videtur legendum. Aliquot sunt in eo insulæ, Sed Ogyris quod in ea &c. Hanc insula Strabo libro, xvi. Tyrrbinæ, Arrianus in Indica historia Hoaras & a nominat.

¶ Sinus Arabicus.

Caput..

IX.



Alterum finum undique Arabes incingunt; ab ea parte quæ introeuntibus dextra est, urbes sunt Carræ & Arabia, & Gandamus: In altera ab intimo angulo prima Beronice, inter Heroopoliticum, & Scrobis lum. deinde inter promontoria Moronenon, & Coloca, Phisylua quæ hebenum, odore sque generat, & manufactus amnis: ideoque referendus, quod ex Nili alueo Dioryge abductus extra finum, uerum inflexus, & non rubri maris pars, bestijs infesta, ideoque deserta est: partem Candæi habitant; hi quos ex facto, quia serpentibus uescuntur, Ophiophagos uocant. Euerie interius Pygmæi, minutum genus, & quod pro satis frugibus contra Grues dimicando defecit. Sunt multa uolucrum, multa serpentum genera. De serpentibus memorandi maxime, quos paruos admodum, & ueneni presentis certo anni tempore ex limo concretarum paludium emergere, in magno examine uolantes Aegyptum tendere, atque in ipso introitu finium ab auibus, quas Ibidas appellant, aduerso

DE SINU HERO  
opolitico me  
munt Pl. li. 6.  
s. c. u. et Ptolema  
lomes eum a  
ppellat Heros  
polder

quæ Pl. li. 6.  
c. 39.

agmine excipi, pugnaque confici, traditum est. De uolucris  
 bus præcipue referenda Phœnix, semper unica, non enim cois-  
 tu concipitur, partu ne generatur: sed ubi quingentorum an-  
 norum æuo perpetua durauit, super exaggeratam uarijs odo-  
 ribus struem sibi ipsa incubat, soluiturque: deinde putrescens  
 tium membrorum tabe concrescens, ipsa se concipit, atque  
 ex se rursus renascitur: cum adoleuit, ossa pristini corporis in-  
 clusa myrrha Aegyptum exportat, atque in urbem, quam So-  
 lis appellant, fragrantibus nardo bustis inferens, memorans  
 do funere consecrat. Ipsum promontorium quo id mare claus-  
 ditur, a Ceraunijs saltibus inuium est.

De auepho  
 mice lege Pl.  
 l. 10. c. 2.

¶ Ex sinu Arabico.

lege vlt. a  
 inuium est  
 ex Pl. l. 6.  
 c. 29. et ex  
 Strab. lib 10

¶ Vrbes sunt Carræ, & Arabia, & Gandamus, Proposito  
 semper ob oculos Melæ instituto exequendi clarissima quæq;  
 sic lego. Vrbes sunt Carna, Mariaba, & Agdamu. Primam  
 ex Strabone, cui est Carna magna minæorum urbs, Meminit  
 & Ptolemæus. Secundam ex eodem, metropolin Sabæorum,  
 qui cum sint Arabum ditissimi, uerisimile est metropolin eo-  
 rum a Pomponio celebratam esse, Tertiam ex Ptolemæo, De  
 Mariaba & Stephanus in quo uitio se scriptum est metropo-  
 lin esse Sabinorum pro Sabæorum. Idem Carnā, Carnanam Stephani lo-  
 nominat & a Sunio Carnaniā appellari ait. Posset etiam et  
 fortasse rectius pro Carræ substitui Gerra. Sabæi enim &  
 Gerrhæi omnium Arabum ditissimi sunt. Straboni libro. xvi.  
 Nec me fallit memorari a Ptolemæo Arabiae emporium in  
 Arabia felici, & a Stephano Plinio q; Carras urbē & Car-  
 ræorum latissimos & fertilissimos campos in eadem sed nō  
 ideo prioris sententiæ pœnitet. & infra,

¶ Ab intimo angulo prima Beronice. Ventum est ad locum  
 longe omnium in uniuerso opere laboriosissimum maximis  
 implicatum erroribus ac pene dixerim Barathrum & chaos  
 quoddam, neque enim ordo tantum ciuitatum luxatus est &  
 deprauata nomina sed ut suspicor barbara insuper aliquot  
 uocabula intermixta sunt Statui nihilominus uires experiri,  
 & simpares animo. & cum septem incipit Hydra congres-  
 di. Primum igitur per partes quid de singulis sentiam stris-  
 ctim dicam, Postea subiungam quomodo in totum legendum  
 mihi uideatur. Igitur ubi posita est urbs Beronice, poni Arsi-  
 noe debuit & e contrario, auctoribus Ptolemæo & Plinio.  
 Nam post Heroopolin statim constituunt Arsinoen. Præterea  
 iidem auctores, itemque Strabo & Stephanus Beronice per. e.  
 in secunda enunciant non Beronice. & infra. ¶ Inter Heros-  
 opoliticum & Scrobilum. Minus corrupte legetur ultra Heros-  
 opolin & Cambysu ex Plinio libro sexto capite. xxix. & ins-  
 fra. ¶ Deinde inter promontorium Moronenon & Coloca-  
 philoteris. Scribo non tanto lectionis detrimento. Deinde mu-  
 ris hormos & ad Monoleum lacum Philoteris. Ex Ptolemæo qui  
 post Arsinoem meridiem uersus collocat in hoc tractu Myos hor-  
 mon hoc est muris stationem, quod nomen pro dimidio uertit Me-  
 la, quod fecit in Aegos stunijs urbe Thraciæ & notu Ceras pro  
 montorio africam asiamque disterrnante. Myos hormon in hoc  
 tractu omnes celebrat, nec minus Philoterida urbem Satyri ædi-  
 ficium. Quam Strabo. Ptolemæus. Plinius. Stephanus Philoteram  
 appellant, Apollodorus referet e Stephano Philoterida, quem  
 secutus uidetur Pomponius. De Monoleo uero lacu ad quem sita  
 est Philoteris Plinius in sexto. Possset etiã legi non minus como-  
 de. Deinde inter promontorium Drepanon & Colobon Philoteris.  
 &c. ex Ptolemæo qui inter hec duo promontoria statuit Myos

hormon. Philoterā, Berenicē. & Ptolemaidē therō. De Colobis. id est debilibus seu curtis ut Strabonis uertit interps Strabo ipse libro, xvi. Sed amplius iudiciū, crescente subinde ut in dubijs fieri solet cōiectura, consideremus que an neutro modo legendum sit sed sic potius. Muris promontoriū & Aenon ante dicta Philoteris ex Plinio libro sexto capite. xxix. ut quod græci Hormō dicunt hoc est stationē, Mela interpretatus sit promontoriū. Potest enim fieri, ut quod est promōtoriū, sit ali quando etiā statio nauis. Legendus igitur in uniuersum totus hic locus ad hunc maxime modū. In altera ab intimo angulo ultra Heropolim & Cābysu prima Arfinoe. Deinde Muris Hormos. & ad Monoleū lacū Philoteris, & Ptolemais, & Berenice, & alia Berenice. Tū sylua. & c. ex citatis auctoribus. Sed ut retineamus morē nostrū subueniendi Pro tenuitate nostra clarissimo auctori Plinio, innumeris adhuc plagis discers pro, Sciendū Ptolemaidē urbē paulo ante dictam, appellatam esse cognomento epitheras hoc est ad uenatus, in Plinio autē uitiose legi epitheras ex castigatione hermolai. Nam quis obsecro tam Opicus & græce amulos qui theran nesciat græce significare uenatum, potius quam theriam. Deniq; & Plinius uetus codex epitheras habet, & a Ptolemæo Ptolemais theron hoc est uenationum nominatur, & a Strabone, xvi. prosthera id est ad uenationem, & in eodem libro. Sunt inquit plures theræ id est uenationes. Non omittendum ante quam ad reliqua transeamus Strabonem contra ceteros Post Heroopolin constituere Philoteram, deinde Arfinoe. Ptolemæus enim & Plinius prius Arfinoen deinde Philoteram. & infra.

¶ Quod ex Nili alueo dioryge abductus. Scribo dioryche non dioryge. Diorychos enim inflectitur non diorygos, ex om

Plinij locus.

Contra Her  
molam.

Aduersus her-  
molam.

nibus gregatim tam antiquis quam recentioribus gram-  
maticis. Sic etiam Herodotus in Polymnia & alijs libris. Sic  
Thucydides in primo. Sic Strabo in undecimo. Sic omnes. Sis-  
cubi uero apud ipsum Strabonem, alium uel auctorem aliter  
scriptum inuenitur perperam scriptum est. Ut non parum ins-  
cessendus sic Hermolaus uir græce ac latine iuxta doctus, qui  
in quarto plinianarum castigationū, dioryge legit in Pōponio,  
cōtra præcepta græci sermonis & usum auctoriū. & infra.

¶ Extra sinū uerū inflexus & non rubri maris. Castigo. Ex-  
tra sinū, uerū inflexu etiam nū rubri maris. & infra. ¶ Hi  
quos ex facto quia serpentibus uescuntur ophiophagos appel-  
lant. Lego. Hos quia serpentibus uescuntur ophiophagos ap-  
pellant, reliqua superfluum. Eadem breuitate usus est Plinius  
in sexto ubi de Ophiophagis loquitur. & infra. ¶ Quos paro-  
uos admodum & ueneni præsentis Melius sed ueneni præsen-  
tis. & infra. ¶ In magno examine uolantes ægyptum tende-  
re. Lego in uerso præpositionis loco. magno examine uolantes  
in ægyptum tendere & infra. ¶ Pugnaq; confici. Aldus pug-  
nas. Scribo pugnantes. & infra. ¶ Ipsum promontoriū quo  
id mare clauditur a Ceraunijs saltibus inuicū est. Locus ex nu-  
mero eorum qui insigniter in hoc opere corrupti sunt. Nam  
quid oro Ceraunijs epiro montibus, aut Ceraunijs illis quos  
dixit primo libro in Caspium pelagus obueros, cum mari ru-  
bro. Restituitur autem ni fallor, si legatur hoc modo. Ipsum  
promontorium quo id mare clauditur Ceras austri Asiæ ulti-  
mum est. Par enim erat, cum Asiæ terminum in mediterras-  
neo Nilum statuisset, idem in ora facere, ne distinctio dister-  
minatioq; duarum orbis & quidem maiorum partium remane-  
ret imperfecta cæaq; Quæ res nonnullos mouit ut nollent  
Asiæ & africæ terminum Nilum facere sed suum Arabicum

& isthmum Pelusij, ex quibus est celeberrimus auctor Strabo  
 primo geographumenon. Cuius uerba quod attinet ad Aus  
 stri Ceras ut ipse appellat materiam suggesserunt huic me  
 a castigationi. Ea sunt ex libro. xvi. Postea Elephas mons in ma  
 re expositus, & fossa & Psygmæ portus ingens, & Cynoces  
 phalorum aquatio. & Notu ceras ultimum huius oræ pro  
 montorium. Cum uero ad meridiem deflexit, negat se ultes  
 rius portum aut aliorum locorum descriptione habere, quod  
 incognita sunt. Hæc Strabo, Cuius interpres promontorijs nos  
 men latine uertens Austri cornu reddidit non recte. Meminit Error interp  
 eius promontorijs & Ptolemæus, ultimum pene illius oræ & tis Strabonis  
 ipse faciens. cuius etiam interpres non felicius quam ille Stra  
 bonis noti cornu transtulit. Præterea ultimum Asiæ promon  
 torium esse Notu siue Austri ceras planum faciunt Pomponij  
 uerba quæ protinus sequuntur. Nam proximos ipsi promon Error interp  
 torio facit Aethiopas Meroë habitantes. Meroe autem Nili tis Ptolemæi  
 insula est, Nilus asiæ terminus est. Item mirandum non est Me  
 lan præpostero ordine nominasse Ceras austri, cum Strabo.  
 Ptolemæus. Anno. Austri siue Notu ceras nominent. Fecit hoc  
 & in urbe Thraciæ, quam ipse flumen Aegos nominauit, cū  
 cateri omnes Aegos fluuios appellent uerso dictionum ordi  
 ne. Nisi forte hoc etiam inter cetera deprauatum est, ut pro  
 Austri siue Notu ceras quod Mela scriptum reliquit, præ  
 postere positis uerbis Ceras austri librarij scripserint.

Ⓐethiopia.

Caput.

X.

**A**ethiopes ultra sedent, Meroeni habent terram quæ Ni  
 lus primo ambitu amplexus, insulam facit: pars quia

q̄ credo legendum esse sic  
 pars q̄ ext̄ quita spatium dimidio fere quam nos longius agunt, Macrobi  
 to ad uene redi pars quia ex Aegypto aduenere, dicti Automola, pulchri fors  
 ti automolae, ma, equi corporis, parumque ueneratiores, ueluti optimaru  
 pars q̄ uita spa  
 culum dimidialum uirtutum. In illis mos est, cui potissimum pareant, spe  
 fere q̄ nos lon  
 que ac uiribus legere. Apud hos plus auri, quam Persis est, ideo  
 quod minus est, preciosius censent. Aere exornantur, auro uin  
 Macrobij et  
 corrago q̄ q̄  
 cula fontium fabricant. Est locus apparatus epulis semper rea  
 bie d̄m̄ uirtus fertus, & quia ut libet uesci uolentibus licet, Helin trapeza Solis  
 Automola d̄  
 appellat, & quae passim apposita sunt, affirmant innaſci  
 ab Arabi. Mac  
 ubi  
 subinde diuinitus. Est lacus quo perfusa corpora quasi unct̄ a  
 q̄ ita Aristof.  
 u. 3. poli fbi quae incidunt, aut immittuntur, infirmus, ut folia etiam pro  
 com et flexo  
 ximis decisa frondibus, non natantia ferat, sed passim & pes  
 do. m eufery  
 et m thalia  
 nitus accipiat. Sunt & saeuissima ferae, omni colore uarij Lys  
 caones, & quales accepimus Sphingas. Sunt mira aues coru  
 nuta Tragopomones, et equinis auribus Pegasi, Cateruoras  
 ad Eurum sequentibus nihil memorabile occurrit, uasta om  
 nia uastis praecisa montibus, ripa potius sunt, quam littora.  
 Inde ingens & sine cultoribus tractus: dubium aliquandiu  
 fuit, esset ne ultra pelagus, caperet ne terra circuitum, an ex  
 hausta fructu sine fine Africa se extenderet. uerum & si Han  
 no Charthaginensis exploratum missus a suis, cum per ocean  
 ni ostia exisset, magnam partem eius circumuectus no se ma  
 ri, sed com meatu defecisse memoratum retulerat, & Eudos  
 xus quidam auorum nostrorum temporibus, cum Lathyrum  
 regem Alexandria profugeret, Arabico sinu egressus, per hoc  
 pelagus (ut Nepos affirmat) Gades usq̄ peruectus est, ideo eius  
 ora nota sunt aliqua. Sunt autem trans ea quae modo deserta di  
 ximus, muti populi, & quibus pro eloquio nutus est: alij sine  
 sono lingua, alij sine linguis, alij libris etiam coherentibus, ni



si quod sub naribus etiam fistula est, per quam libere auent.  
 Sed cum incessit libido uescendi, grana singula frugum passim  
 nascentium absorbere dicuntur. Sunt quibus ante aduentum  
 Eudoxi adeo ignotus ignis fuit, adeoq; usus mirum in modum  
 placuit, ut amplecti etiam flammam, & ardentia sinu abdes-  
 re, donec noceret, maxime libuerit. Super eos grandis littoris  
 flexus grandem insulam includit, in qua tantum sceminas esse  
 se narrant, toto corpore hirsutas, & sine coitu marium sua  
 sponte fecundas, adeo asperis efferisq; moribus, ut quaedam cō-  
 tineri ne reluctentur uix uinculis possint: hoc Hanno retulit,  
 & quia de tracta occisus coria pertulerat, fides habita est. Vlt-  
 tra hunc finem mons altus (ut Græci uocant) theon ochema <sup>Deorum e-</sup>  
 perpetuis ignibus flagrat, ultra montē uiret collis longo tra- <sup>des</sup>  
 ctu, longis littoribus obductus, unde uisuntur patentes mas-  
 gis campi, quam ut prospici possint, Panum, Satorumque:  
 hinc opinio ea fidem cepit, quod cum in his nihil culti sit, nullā  
 habitantium sedes, nulla uestigia, solitudo in diem uasta  
 & silentium uastius, nocte crebri ignes micant, & ueluti ca-  
 stralate iacentia, ostenduntur. Crepant Cymbala & Tym-  
 pana, audiunturq; tibiae sonantes maius humanis. Tunc rursus  
 Aethiopes, nec iam dites, ut hi quos diximus, nec ita cora-  
 poribus similes, sed minores, incultiq; sunt, & nomine Hesperio.  
 In horum finibus fons est, quem Nili esse aliqua parte cre-  
 dibile est, Nuchul ab incolis dicitur: & uideri potest non alio  
 nomine appellari, sed a Barbaroore corruptus, alit & flus-  
 men, & minima quidem, eiusdem tamē generis animalia gignens:  
 alijs omnibus in oceanum uergētibus, solus in mediā re-  
 gionē ad orientē abit, & quo nā exeat, incertū est. Inde colligi-  
 tur Nilū hoc fote cōceptū, actūq; aliquādiu per inuia, & ideo  
 ignotū, iterū se ubi ad Eoa p̄cesserit, ostēdere, Caterū spatio q̄

absconditur effici, ut hic alio cedere, ille aliunde uideatur exur  
 gere. *Catoblepas non grandis fera, uerum graue & Pergras*  
*de caput ægre sustinens, atque ob id in terram plurimum ore*  
*conuersa, apud hos gignitur: ob uim singularem magis etiam*  
*referenda, quodcum impetu morsuque nihil unquam sæuiat,*  
*oculos eius uidisse mortiferum. Contra eosdem sunt insulæ.*  
*Gorgones, domus, ut aiunt, aliquando Gorgonum. Ipse terræ*  
*promotorio, cui hesperu ceras nomen est, finiuntur.*

*SVNUS OCCI*  
*de malis*

### ¶ Ex Aethiopia.

¶ Aethiopes ultra sedent. Meroeni habent terram quam nis  
 lus, &c. Scribendum reor. Aethiopes ultra sunt Meroen has  
 bitantes, quam Nilus. Nam a Meroe gentile nomen Meroid  
 tes fit nō Meroenus Stephano & Straboni. & infra. ¶ Quia  
 ex ægypto aduenerere dicti Automolæ. Scribo per. oe. diphthons  
 gon in fine Automoloe ex Herodoto & Stephano. & infra.

¶ Parumq; ueneratiores ueluti optimarum alij uirtutum.  
 Hunc etiam locum pessime a librarijs, correctoribus ue, aut  
 urrisq; habitum si non restitui, saltē in meliorem statum re  
 digi posse censeo sic scriptum. Eorumq; ueneratione mollitus  
 æthiopum aliorum uictus. Habeo huius castigationis aucto  
 rem Herodotum in Euterpe, tradentem aduentu horum Aus  
 tomolorum factos esse Aethiopas meliores, ac mansuetiores:  
 imbutos moribus & disciplinis ægyptiorum, & infra.

¶ Apud hos plus auri quā persis est. Castigo. Apud hos plus  
 auri quam æris est. Ex Herodoto. & his quæ prōtinus sequun  
 tur. & infra. ¶ Et quia ut libet uesci uolentibus licet. Lego  
 & quibuslibet uesci uolentibus licet. Nam inepta erat ratio,  
 ob id uocari mensam solis quod uolentibus uesci liceret. non  
 enim ea

enim ea ratione sic dicta est, sed quia ut protinus subdit, ea quæ passim apponerentur, uideri uellent nasci subinde diuinitus. quod ab Herodoto ut pleraque omnia desumptum.

Proinde quod sequitur. ¶ Et quæ passim apposita sunt. res etius legeretur. quod quæ passim apposita. & infra. ¶ Ut folia etiam proximis decisa frondibus. Legendum existimo ut folia etiam proximis decidua montibus. posset etiam legi decussa. & infra.

¶ Tragopomones, Plinius in nono TragoPanades. Solinus Tragopa. & infra.

¶ Et equinis auribus pegasi. Plinius & Solinus. equinis capitibus. & infra.

¶ Caterum oras ad Eurum sequentibus. Legendum uideatur. Corum non Eurum. Monstrat enim oram africæ poro rectam ab oriente in occidentem. flat autem corus ab occasu solstitiali inter fauonium & septentrionem. græcè Argestes Plinio in secundo & Vitruuio in primo. Fesellit hæc menda Plinij doryphoros Solinum & Marcianum. Emendationi nostræ fauent uerba Plinij libro sexto capite. xxix. A moselite insquit promontorio Atlanticum mare incipere uult. Iuba, præ Error Solini ter Mauritanias suas Cadis usque nauigandum coro. & ins & Marcianus

fra. ¶ Caperet ne terra circuitū, an exhausta fructu sine fine africa se extenderet. Lego, an exusta æstu sine fine africa se extenderet. ut supra de sinu Caspio. idè ne oceanus an tellus in festis frigoribus, sine ambitu ac sine fine proiecta &c. & infra.

¶ Verū et si Hanno Carthaginensis. Particula. si. redūdat. & Anno sine aspiratione cum duobus. n. scribunt græci. et infra.

¶ Sed commeatu defecisse memoratum retulerat. Verbū memoratum, ociosum mihi uidetur. uel lege si placet. memoratur retulisse. Ipse auctor paulo post. Hoc Anno retulit, &

infra. ¶ Alij labris etiam coherentibus, nisi quod subnari-  
bus etiam fistula est. Dictionum ordinem uitiatum esse puto  
scribendumq;. Alij labris etiam coherentibus, naribus etiam,  
nisi quod subest fistula ex Plinio & Solino. & infra.

¶ Per quam bibere auent, sed cum incessit libido uescendi,  
grana singula frugum passim nascentium absorbere dicuntur.  
locus est mutilatus. Lego, per quam bibere auenæ cala-  
mis, & cum incessit libido uescendi grana singula frugis eius  
passim nascentis absorbere dicuntur, ut bibere sit modi insis-  
niti ex Plinio & Solino. & infra. ¶ Ut quædam contineri  
ne reluctentur uix uinculis possint. Cur quædam poterant.  
quædam non poterant, si omnes erant asperis effersisque mor-  
ribus, ut paulo ante dixit. Rectior ergo lectio, ut capta con-  
tineri &c. & infra.

¶ Longo tractu longis littoribus: Emendatius ut puto lon-  
go tractu longi littoris. & infra.

¶ Hinc opinio ea fidem cepit, Permutato ordine melius. Opi-  
nio ea hinc fidem cepit. & infra.

¶ Et nomine Hesperia. Scribo Hesperij. Nihil hesperijs athio-  
pibus apud cunctos geographos notius. & infra.

¶ Alit & flumen & minora quidem eius modi tamen gene-  
ris animalia. Aldus & breuius & minus corrupte. Alter præ-  
rum & minora &c. Scribendum reor Aluntur minora quis-  
dem &c, & paulo ante.

¶ Nuchul ab incolis dicitur. Hermolaus in plinianis casti-  
gationibus libro quinto Nuluch in Pomponio legit non Nus-  
chul. & infra. ¶ Alijs omnibus in oceanum uergentibus. Vt  
petur deesse coniunctio, q; legendumque cum maiore lites-  
ra. Alijsque omnibus in oceanum uergentibus. Potest etiam  
legi omnibus non omnibus sicque habent Aldi exemplaria.

Vitruuij uerba libro octauo quoniam mire cum his pomponij congruunt subieci. Ex Mauritania autem caput nili flueret ex eo maxime cognoscitur, quod ex altera parte montis Atlantis sunt alia capita item profluentia ad occidentis oceanum, Ibiq; nascuntur ichneumones, crocodili & alia similes bestiarum piscium que nature præter Hippopotamos & paulo ante. Deinde ex lacu heptabolo sub montes desertos subterfluens per meridiana loca manat & influit in paludē quæ appellatur Coloe. & infra. ¶ Iterum se ubi ad eoa processerit. Aldus. iterum se ubi ad ea possit, forte iterum se ubi adiri possit. & infra. ¶ Verum graue & pergrande caput. Lego. uerum prægraue caput. reliqua superfluunt ex plinio & Solino. & infra. ¶ Contra eosdem sunt insula Gorgones. Mariangelus Gorgades magis probat, cui ut subscribam sunt causa, quod in Plinio scripto totiens citato Gorgades legitur, & in Pomponio ante correctores Dorcades scriptum erat uero propius. Marcianus Gorgones nominat sed error est ut puto librarij non auctoris. & infra. ¶ Cui Hesperu ceras nomen est. Scribendum uidetur cui Hesperion ceras nomen est, ex Plinio. Solino. Marciano. Philostrato in uita Apollonij. Sunt inquit Marcianus Gorgones insula aduersæ promontorio qd uocatur Hesperion ceras. Ptolemæus Hesperiu ceras appellat ut subintelligatur sinus. Nam Hesperius sinus est etiam ptolemæo. Caterum in Pomponio nihil mutandum censeo quia Plinius in quinto promonteriorum hoc Hesperu etiam nominat, et si in plinianis exemplaribus tam scriptis quã impressis Hesperum falso legatur. & Anno in periplo, magnū sinum Hesperu ceras uocat, sicuti & alterū notu ceras, cuius Ptolemæus ut dixi meminit.

Plinij locus.



Nde incipit frons illa, quæ in occidentem uer-  
 gens mari Atlantico abluitur. Prima eius  
 Aethiopes tenent. Media nulli, nã aut exu-  
 sta sunt, aut arenis obducta, aut infesta  
 serpentibus. Exustis insulæ appositæ sunt,  
 quas Hesperidas tenuisse memoratur. In  
 arenis mons est satis de se consurgens, uerum incisis unãque  
 rupibus præceps, inuius, & quo magis surgit, exilior, qui qd  
 altius quam conspici potest, usque in nubila erigitur, cœli &  
 sidera non tãgere modo uertice, sed sustinere quoq; dictus est.  
 Contra fortunatæ insulæ abundant sua sponte genitis. & sub  
 ande alijs super alijs innascentibus, nihil sollicitos alunt, beas  
 tius quam aliæ urbes exulta. Vna singulari duorum fontium  
 ingenio maxime insignis, alterum qui gustauere, risu soluuntur  
 in mortem: ita affectis remedium est, ex altero bibere. Ab  
 eo tractu quem seræ infestant, proximi sunt Himantopodes,  
 inflexi lentis cruribus, quos serpere magis quam ingredi referunt.  
 Deinde Pharusij, aliquando tendente ad Hesperides Her-  
 cule dices, uunc inculti, & nisi quod pecore aluntur, admodum  
 inopes. Hinc iam latioties agri, amceniq; saltus, Terotæ, &  
 Berini ebore abundant. Nigritarum, Getulorumq; passim uagantium,  
 ne littora quidem insecunda sunt, purpura & murice efficacissimis  
 ad tingendum, & ubique quæ tinxere clarissima. Reliqua est ora  
 Mauritanicæ exterior, & in finem sui fastigiatis se Africa  
 nouissimus angulus, iisdem opibus, sed minus diues. Cæterum solo  
 etiam ditior, & adeo fertilis etiam, ut frugum genera non cum  
 serantur modo benignissime procreet, sed quædam profundat etiam  
 nata. Hic Anteus regnas

Legendus  
 est Aristoteli  
 li. de motu  
 animalium

qd orpidus  
 uide iue  
 m. i. d. h. l.  
 x. p. idem  
 h. d. d. e. d.

se dicitur, & signum quod fabulæ clarum prorsus ostenditur, collis modicus resupini hominis imagine iacentis, illius, ut in colæ ferunt, tumulus: unde ubi aliqua pars eruta est, solet imbres spargi, & donec effossæ repleantur, eueniunt. Hominum pars sylvas frequentant, minus quam quos modo diximus uasgi: pars in urbibus habitant, quarum ut inter paruas opulentissimæ habentur, procul a mari Gildano, Dulbritrana. Proximus autem Sala, & lyxo flumini Iunxo proxima. Ultra est Colonia, & fluiuius Gna: & unde initium fecimus Ampelusia, in nostrum iam fretum uergens promotorium, operis huius atque Atlantici littoris terminus.

### ¶ Ex Atlantici maris insulis.

¶ In arenis mōs est satis, &c. Scribendū puto, in arenis mōs est Atlas. Nā omni ratiōe caret Melā cū alijs mōtibus nō ita celebribus nomina reddiderit, innominatū reliquisse montem totius occidētis clarissimū, fabulis memorādū, quiq; oceano occidēt ali nomen dederit, deniq; ab omnibus decantatissimum. De Atlante autē loqui hic Melam euidentius est quam ut mōs strari egeat, & infra. ¶ De se consurgens. Scribo dense consurgens, sicq; habēt Aldi exēplaria. Confirmat hanc lectiōnē Herodotus qui atlantē densum esse pressūq; hoc est succinctū & minime in lacinias ramēta ue diffusum scribit & infra.

¶ Hinc iam lætiores agri amoeni; saltus. Terotæ et Berini ebore abūndant. Turpis etiam hæc est & impudens uerborū deprauatio. Nemo, n. e toto geographorū historicorū ue coetu auctore dabit, qui referat nō modo populos Terotas & Berinos, sed ne tenuē qdē illorū similitudinē aut uestigiū aliquod. Quapropter sic corrigendū censeo. Hinc iam lætiores amoēs

Turpis et foe  
da deprauas  
tio correctæ.

POMPONII MELÆ.

niq; saltus Terebintho arbore abundat. Nā præter Syriam et alia loca in quibus nascitur terebinthus arbor, nasci etiā in Africa Dioscorides auctor est libro primo. Itē amoenā esse arborē, nec frondiperdā idem Dioscorides prodit. Plinius quoque inter arbores enumerat quæ mōtes amant quibusq; folia nūquam decidant, quæ qualitas præcipua est amoenitatis arborum causa. & infra. ¶ Et ubiq; quæ tinxere clarissima. Hæc uerba puto falso esse adiecta. Tum quod nō uideantur necessaria, quia statim ante dixit, efficacissimis ad tingendum, tum etiam quod Plinius libro nono capite trigesimo sexto ubi gestulicæ purpuræ meminit non tribuit ei hanc palmam. & infra. ¶ Et adeo fertilis etiā. Verbum etiam redundat, præcessit enim mox ante cæterum solo etiam ditior, & infra. ¶ Sed quædam profundat etiam nata. Scribo sed quædam profundat sponte nata, ut non multo ante. Contra fortunata insulæ abundant sponte sua genitis. & infra. ¶ Et signū quod fabulæ clarum prorsus ostenditur, aut uerbum quod superfluum est, aut legendum quoddam. & infra. ¶ Et donec effossa res pleantur eueniunt. Melius deueniunt, ut de Imera Siciliæ fluvio, alio ore in libycum, alio in thuscum deuenit. & infra. ¶ Procul a mari Gildano, Dulbritania, Scribendum fortasse Silda. Volubilis, Ptiisciana, ex Ptolemæo & Plinio. & infra. ¶ Et lyxo flumini Lunxo proxima. Lynxo ciuitas in recto & cum. y. in prima nominatur Artemidoro, referēte Stephano. Lynx ipsi Stephano est etiā cū. y. a barbaris Strabone auctore appellata Tinga. Artemidoro eodē teste Linga dicitur. Erasostheni lexon cum. e. longo modo Strabonis exemplar non sit uitiosum. Plinio lixos nominatur & urbs & fluius tam scriptæ quam impressæ lectio. Romana etiam exemplaria nō aliter legunt, a Ptolemæo lix appellatur fluius ciuitas autē



Lixa. & infra. ¶ Colonia & fluvius Cna. Legendum. Colonia & fluvius Zilia, eidentissime ex Plinio libro quinto. Ptolemæo quarto & Strabone ultimo. Plinius Zeli uocat. Strabo Zelin. e. longo. Ptolemæus Zeliam. Plinij uetus exemplar Zuilil habet. Romana impressio Zubil. Habetur tamen fluvius Agna, sed procul ab hoc tractu a Ptolemæo redditus. & a casu fugatoribus tum corruptus. tum impudenter huc tralatus. Ceterum ante quam finis opusculo imponeretur admonere libuit in eo quod libro secundo in Italia dixi pro fanestris colonia legi posse fanum fortunæ ex Strabone Ptolemæo, Plinio, sic eam nominantibus, magisq; ex analogia fieri a sano fanensis quam fanestris, addubitare me nunc an prior lectio mutanda sit. Tum quod eodem iure quo a campus campestris & multa huiusmodi, eodem & a sano deduci possit fanestris, & fanensis magis esse gentile nomen quam possessiuum uideatur. Tum etiam quod Plinius in tertio fanum coloniam esse tradat, & coloniam iuliam fanestris mentio habeatur a Vitruuio libro quinto. Itaq; rem in medium relinquo.

¶ Hæc sunt humanissime lector quæ mihi homini duplici professione & alijs occupationibus tum publicis tum domesticis distento digna uisa sunt, quæ in Pomponium geographum cõterraneum meum annotarem. Non tantum mihi assumo, ut putem auctorem præter ceteros qui ad tempora nostra descendunt miserabiliter deprauatum pristino statui reposituisse. Nec enim opus undiq; absolutum & ut dici solet sartum tectum promitto. Erunt procul dubio non pauca quæ nos subter fugerint. Ea uiri doctrinis excellètes quorum magnus est nostra tempestate prouentus in lucem eruent. Ego & ualitudinis ne utens parum secunda, & alacritate animi quæ plurimum in scribendo momenti habet penitus excussa, in summa scrio

ptorum & emendatorum codicum penuria, Multis in super  
solicitudinibus & anxietatibus uexatus quæ mihi unde mis  
time speraueram constat & sunt, Quod tamen inter tot diffi  
cultates mediocri diligentia, ingenio, lectione, consequi potui  
ad communem studiosorum utilitatem in medium protuli.  
Idq; quam paucissimis uerbis fieri potuit. ne quod pleriq; om  
nes auctorum expositores libenter factitare solent, ego quoq;  
in Pomponium breuissimum alioqui scriptorem longas cons  
derē iliadas. Tam uero genus orationis ad hæc missitanda pla  
cuit neglectum humile ac plane rusticianum ad uulgarem po  
pularēq; sensum accommodatum. ficos ficos & scapham ut  
comicus ait scapham nominans, uel pro materia, ornari. n.  
res ipsa negat contenta doceri, uel quod non ut gloriam alis  
quam aucuparer susceptus est hic a me labor sed eo duntaxat  
animo ut quod patriæ pietati officium deberem quoquo pose  
sem modo dissoluerem. Quam ob rem si quam mihi laudem  
ex emissis operibus comparari posse sperem aliunde quæ sita si  
contigerit non erit ingrata. Ex præsentis commentariolo nuls  
lam mihi depono. Sed ueniam pro laude peto laudatus abun  
de non fastiditus si tibi lector ero.

## CLAVS DEO.


Finis Geographia Pomponij Mela scriptoris clarissimi  
cum castigationibus Fredenandi Pinciani ex socie  
tate militum diui Iacobi professoris in Aca  
demia Salmanticensi. Anno dñi.

M. D. XLII. Die. VII.

Mensis Martij.



Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "m. l. b. p. s."



Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "ipnd"

Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "dōm"

Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "p. s. l. b. p. s. p. v."

Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "c. b. t. s."

Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "p. s. l. b. p. s. p. v."



Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "p. s. l. b. p. s. p. v."

Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "p. s. l. b. p. s. p. v."

Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "p. s. l. b. p. s. p. v."

Handwritten text, possibly a label for the diagram, such as "p. s. l. b. p. s. p. v."

le mac

yoan

alduo

le  
sam



ciou



bus d'hu

fringi

mare vubna


opidu m  
a

nō ob

val. do frangi p'avez

non


velerig



angule lut falce  
le qeron e strblu 3.

zdo graphna  
mare casum

hastu  
g  
Dicho



fluo



mau m

Handwritten text, possibly a title or date, written in a cursive script. The text is partially obscured by a large, irregular tear in the paper.



Thomian

Handwritten text in a circular stamp, possibly a date or location.

Handwritten text in a circular stamp, possibly a date or location.

Handwritten text, possibly a name or title, written in a cursive script.



Handwritten text, possibly a name or title, written in a cursive script.

Handwritten text, possibly a name or title, written in a cursive script.

POMPONI

MELA & C.

Biblioteca  
lyR

ca de Santa C

R 253

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY  
R 253